SEX. IVLII. FRONTINI

DE. COLONIIS. LIB

LEGIS. MAMILIAE. ROSCIAE

ALLENAE. PEDVCAE. capita quaedam

DE. AGRIS. ASSIGNATIS. E T. CON-
ſtitutionibus limitum

P. VELLEI. PATERCVLI. EX. LIB. I. HIST.
Rom. Itemque VLPIANI & aliorum quae
ad Colonias P. R. pertinent, fragmenta

M. PORCII. CATONIS ORIGINVM. lib. I

Q. FABII. PICTORIS. DE. AVREO. SECVLO
& Origine Vrbis Romae lib. II

C. SEMPRONII. DE. DIVISIONE. ITALIAE. lib. I

MYRSILI. LESBII. DE. ORIGINE. ITALIAE
& Tyrrhenorum lib. II



PARISIIS,
Apud Egidium & Nicolaum Gillios, via D. Ioannis
Lateranen ſis, ſub ſigno trium coronarum
M.D.LXXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

S

pro
tan
A
bet
A
ded
ein
A
guſ
ugo
A
Cha
pro
A
it,
uri
A
pop
cſta
A
lo r
A
pop

SEX IVLII FRONTINI DE COLONIIS LIBELLVS

AQVINVM muro ducta colonia, a triumuiris deducta iter populo debetur [a]p. xxx. ager eius perénis militibus eſt aſſignatus

a al. *p. lxxx.*

Abellino muro ducta lege Sempronia, iter populo non debetur, ager eius veteranis eſt aſſignatus .

Antium populus deduxit. iter populo non debetur. ager eius [b]in lacinis eſt aſsignatus.

b fortaſſe *in lacineis*

Acerias muro ducta colonia. Diuus Auguſtus deduci iuſsit. iter populo debetur p. LXXX. ager eius in iugeribus eſt aſsignatus.

Attella muro ducta Colonia. deducta ab Auguſto. iter populo debetur [c]p. cxx. ager eius in iugeribus eſt aſsignatus

c al. *p. cxxi.*

Atina muro ducta Colonia. deduxit Nero Claudius. iter populo non debetur. ager eius pro parte in lacineis & ſtrigis eſt aſsignatus.

[d]Alatrũ muro ducta Colonia. [e]populus deduxit. iter populo non debetur. ager eius per centurias & ſtrigas eſt aſsignatus

d forte *Aletrium*

e al. *Auguſtus deduxit*

[f]Arina oppidum. lege Sullana eſt munita. iter populo non debetur. ager eius in praeciſuras eſt aſsignatus

f f. *Aricia*

Arretiũ muro ducta lege triũuirali. iter populo nõ debetur. ager eius militibus eſt aſſignatus

Anagnia muro ducta Colonia Druſi Caeſaris. populus deduxit. iter populo non debetur. ager

eius per ſtrigas eſt veteranis aſſignatus

Abella municipium. Coloni, vel familia Imp. Veſpaſiani iuſſu acceperunt: poſteà ager eius in iugeribus militi eſt aſsignatus

a f. *Altile*

[a] Affile oppidum. lege Sempronia in centuriis, & in lacineis ager eius eſt aſsignatus. iter populo non debetur

Ardea oppidum. Imp. Hadrianus cenſiit. iter populo non debétur. ager eius in lacineis eſt aſſignatus

Allife oppidum muro ductum. ager eius lege triũuirali eſt aſsignatus. iter populo nõ debetur

b f. *Auguſteis*

Aeſernia colonia ducta lege Iulia. iter populo non debetur p. x. ager eius [b] Auguſti eis eſt aſsignatus

Beneuentum muro ducta colonia Concordia. deduxit Nero Claudius Caeſar. iter populo non debetur. ager eius lege triumuirali veteranis eſt aſsignatus

Bouianum oppidum lege Iulia. milites deduxerunt ſine colonis. populo iter amplius nõ debetur, quam p. x. ager eius per centurias & ſcamna eſt aſsignatus

Bouilla oppidum lege Sullana eſt circumductum. iter populo non debetur. agrũ eius ex occupatione milites veterani tenuerunt in ſortem

Caſentinum muro ducta lege triumuirali. iter populo. ager eius militibus eſt aſsignatus

Calagna muro ducta colonia, iuſſu Druſi Caeſaris. populus deduxit. iter populo non debetur. ager eius veteranis eſt aſsignatus

Capua muro ducta colonia. Iulia Felix iuſſu Imperatoris Caeſaris. a xx. viris eſt deducta. iter

populo non debetur p. c. ager eius lege Sullana fuerat aſsignatus: poſteá Caeſar in iugeribus militi pro merito diuidi iuſſit

Calatia oppidum muro ductum. iter populo debetur p.[a] LX. coloniae Capuenſi[b] aſſula Felice cum territorio ſuo adiudicatum olim ob hoſticam pugnam

a al. x
b f. a Sulla

Caudinum oppidũ muro ductum. iter populo non debetur p. L. a Caeſare Auguſto coloniae Beneuentanae cũ territorio ſuo eſt adiudicata. ager eius veteranis fuerat aſsignatus. poſtea menſuratus, limitibus eſt cenſitus

Cumae muro ducta colonia. ab Auguſto deducta. iter populo debetur p. LXXX. ager eius in iugeribus veteranis pro merito eſt aſſignatus iuſſu Claudii Caeſaris

Calis municipium muro ductum. iter populo nõ debetur. ager eius limitibus Gracchanis antea fuerat aſsignatus, poſtea iuſſu Caeſaris Auguſti militi nominis ſui eſt renouatus

Caſinum oppidum milites legionarii deduxerunt. iter populo non debetur. & quiſque, prout agrum occupauit, tenet, & poſtea limites formari iuſsit pro merito

Caſtrimonium oppidum lege Sullana eſt munitum. iter populo non debetur. ager eius ex occupatione tenebatur. poſtea Nero Caeſar tribunis & militibus eum aſsignauit

Cereate Marina municipium. familia C. Marii [c]obſedebat. poſtea a Druſo Caeſare militibus, & ipſi familiae in iugeribus eſt aſsignatus. iter populo non debetur

c f. obtineba

a f. *Collatia.*

[a]Cadatia oppidum lege Gracchana eſt munitū. ager eius veteranis eſt aſsignatus. iter populo nō debetur. Dunos municipium. familia D. Auguſti condidit. & ager eius iiſdem eſt aſsignatus ſine lege

b f. *Auguſteis.*

Forum populi oppidū muro ductum. iter populo non debetur p. xv. limitibus [b]Auguſti eis ager eius in iugeribus eſt aſsignatus. nam Imp. Veſpaſianus poſtea lege ſua agrum cenſiri iuſsit

Ferentinum oppidum muro ductum. iter populo non debetur. ager eius premij limitibus pro parte in iugeribus lacineis eſt aſsignatus

Frabateria muro ducta. iter populo non debetur. ager eius iure ordinario eſt diuiſus

Fruſinone oppidum muro ducta. iter populo non debetur. ager eius veteranis eſt aſsignatus

Pundi oppidum muro ductum. iter populo non debetur ager eius iuſſu Auguſti veteranis eſt aſsignatus cum cultura. ceterum in eius iure, & in publicum reſedit

Formias oppidum triumuiri ſine colonis deduxerunt. iter populo non debetur. ager eius in abſoluto reſedit. pro parte in lacineis eſt aſsignatus. finitur terminis ſiliceis, & Tiburtinis

Gabii oppidum lege Sullana munitum. ager eius militibus ex occupatione cenſibus. iter populo non debetur. ager militis merito eſt aſsignatus in lacineis limitibus intercifiuis

Interamne oppidum. muro ducta. a Triumuiris eſt munita. iter populo non debetur. ager eius militi mentitio eſt aſsignatus in lacineis limitibus intercifiuis

Laurum Lauinia,lege,& conſecratione veteri. nam & ager eius ab Imp. Veſpaſiano, Traiano, & Hadriano in lacineis eſt aſsignatus. iter populo non debetur

Liternum muro ductum,colonia ab Auguſto deducta. iter populo debetur p. cxx. ager eius in iugeribus veteranis eſt aſsignatus

Lauinium muro ductum, colonia deducta a D. Iulio. ager eius in limitibus Auguſti pro parte eſt aſsignatus militibus veteranis, & pro parte Virginum Veſtalium lege Auguſtiana fuit aſsignatus. ſed poſtea Hadrianus Imperator colonis ſuis agrum aſſignari iuſſit

Liguris Baebianis,& Cornelianis muro ductis iii. virali lege iter populo nō debetur. ager eius poſt bellū[a] Auguſtianū veteranis eſt aſsignatus

[a] f. *Auguſtanum*

Minturna muro ducta colonia. ducta a C. Caeſare. iter populo non debetur. ager eius pro parte in iugeribus eſt aſsignatus: ceterum in abſoluto eſt relictus

Neapolim muro ductam. iter populo debetur p. xxx. ſed ager eius Syria Palaeſtina a Graecis eſt in iugeribus aſsignatus, & limitibus interciſiuis ſunt conſtituti. inter quos poſtea, & milies, Imp. Titi lege, modum iugerationis ob meritum accepit *

Nuceria Conſtantia muro ducta colonia. deducta iuſſu Imperatoris Auguſti. iter populo debetur p. LX. ager eius limitibus Iulianis lege Auguſtana militibus eſt aſsignatus, & alibi in abſoluto reſedit

Nola muro cincta colonia Auguſta. Veſpaſia-

nus Auguſtus deduxit. iter populo debetur p. cxx. ager eius limitibus Sullanis militi fuerat aſſignatus. poſtea interciſiuis menſuris colonis & familiae eſt aſsignatus

Ager Oſtienſis ab Imperatoribus Veſpaſiano, Traiano, & Hadriano in praeciſiuis, in lacineis, & per ſtrigas colonis eorum eſt aſsignatus. ſed poſtea Imperatores Seuerus, Antoninus, & Cõmodus aliqua priuatis conceſſerunt

Puteolis colonia Auguſta. Auguſtus deduxit. iter vno latere populo debetur p. xxx. ager eius in iugeribus veteranis, & tribunis legionariis eſt aſsignatus

Praeneſte oppidum. ager eius a v. viris pro parte in iugeribus eſt aſsignatus, vbi cultura eſt: ceterum in abſoluto eſt relictus circa montes. iter populo non debetur

Priuernum oppidum muro ductum colonia. miles deduxit ſine colonis. iter populo debetur p. xxx. ager eius pro parte cultus in iugeribus eſt aſsignatus: ceterum in lacineis, vel in ſoluto remanſit

Surrentinum oppidum. ager eius ex occupatione tenebatur a Graecis ob conſecrationẽ [h] Neruae, ſed & mõtes Syrenianos * limitibus pro parte Auguſtanis eſt aſſignatus: ceterũ in ſoluto remanſit. iter populo debetur, vbi Syrena

h *f. Mineruae*

Sueſſula oppidum muro ducta. lege Sullana eſt deducta. ager eius veteranis militibus Sullanis in iugeribus eſt aſſignatus. iter populo nõ debetur

Sinueſſa oppidum muro ducta. iter populo nõ debetur. ager eius in limitibus interciſiuis mili

tibus eſt aſſignatus

Sueſſa Arunca muro ductale ge Sempronia eſt deducta.iter populo non debetur. ager eius pro parte limitibus interciſiuis & in lacineis eſt aſsignatus

Saepinum oppidum muro ductum. Colonia ab Imperatoribus Nerone & Claudio eſt deducta.iter populo debetur p.L. ager eius in auguſteis centuriis eſt aſsignatus

Sora muro ducta colonia. deducta iuſſu Caeſaris Auguſti.iter populo debetur p.xv.ager eius limitibus [a] Auguſtis veteranis eſt aſsignatus a. f. *Auguſteis*

Signia muro ducta colonia, a militibus & III. viris munita.iter populo nō debetur.ager eius in praeciſuris limitibus iij. viralibus eſt aſſignatus

Setia muro ducta colonia.triumuiri munierūt. iter populo debetur P. xxxv. ager eius in ſoluto ex occupatione a militibus tenetur

Teleſia muro ducta colonia. a triūuiris deducta.iter populo debetur P. xxx. ager eius militibus Auguſteis in nominibus eſt aſſignatus

Teanum Sidicinum colonia Caeſaris Auguſti. iter populo debetur p.Lxxxv.ager eius militibus metricis omnibus eſt aſſignatus

Tuſculum oppidū muro ductū.iter populo nō debetur. ager eius mēſura Sullana eſt aſſignatus

Terracina oppidum.iter populo non debetur. ager eius in ſoluto eſt dimiſſus

[b]Tereuentum oppidum.ager eius in praeciſuras & ſtrigas eſt aſſignatus poſt tertiam obſidionē militibus Iulianis.iter populo nō debetur b f. *Treuētū* ex Plinio

Trebula municipium oppidum.iter populo nō

debetur limitibus Auguſteis in nominibus eſt aſſignatus.

Velitre oppidum lege Sempronia fuerat deductum. poſtea Claudius Caeſar agrum eius limitibus Auguſteis cenſitum militibus eum aſſignari iuſſit.

Vulubra oppidum a iij. viris deductum, poſtea a Druſo Caeſare exſtinctum. ager eius in nominibus eſt aſſignatus. iter populo non debetur

Vulturnum muro ducta colonia iuſſu Imperatoris Caeſaris eſt deducta. iter populo debetur p. xv. ager eius in nominibus villarum & [a] poſſeſſorum eſt aſſignatus

a f. *Poſſeſſionum*

Venafrum oppidum [b] V. viri deduxerunt ſine colonis iter populo debetur p. xx. ager eius in lacineis limitibus intercifiuis eſt aſſignatus, ſed ſumma [c] montium iure templi deae ab Auguſto ſunt conceſſa

b al. III. *viri*

c al. *Motium iniure*

Verule oppidum muro ductum. ager eius limitibus Gracchanis in nominibus eſt aſſignatus ab Imp. Nerua colonis eſt redditus. huic addendas menſuras limitum & terminorum, & formas ciuitatum, & menſuras compertas in commentariis, contulit, & legem Agrariam diuerſarum prouinciarum extendit ac declarauit

* * *

IN PROVINCIA Lucania praefectur iter populo non debebatur. Vlciane, Paeſtana, Potentina, Athenas, & Conſiline, Tegeneneis quadratae centuriae. in iugera N. CC. Grumentine limitibus bracchanis quadratis in iugera N. CC. decimanus in Oriente Kardo, in meridiano Velienſi

actus N. X. G.P. XXV

Prouincia [d] Britinorum centuria quadrata in iugera cc. & cetera in laciniis ſunt praeciſa poſt demortuos milites. Ager Buxentinus Sextertianus eſt aſſignatus in cancellationem limitibus maritimis. Ager Conſtantinus ab Imp. Aug. aſſignatus limitibus Gracchanis in iugera N. CC. Kardo in Orientem, decimanus in meridianum. Ager Vibonenſis actus N.X.G. p. XXV. Kardo in Orientem , decimanus in meridianum. Ager Campanus limitibus Gracchanis in iugera N. CC. Kardo in Oriētem, decimanus in meridianum. Ager Beneuentanus actus N.XG.p.XXV. Kardo in Orientem, decimanus in meridianum.

d f. *Brutiorũ*

PROVINCIA APVLIA

AGER Aeclanenſis iter populo non debetur actus N. XX. p. XXIV. in iugera N. CCXL. decimanus in Orientem, Kardo in meridianum. Ager venuſinus cum limitibus Gracchanis vnius ſcamni. Canuſinus. iterpopulo non debetur in iugera N.CC. Idem [b] Eberdona, Auſcelinus, Arpanus, Collatinus, Secpōtinus, Salpinus, & quae circa montē Garganum ſunt, centuriis quadratis in iugera. N. CC. leges [c] Symphroniana, & Iulia. Kardo in meridianum, decimanus in Orientem Item & Theatinus Apulus iter populo non debetur. Ager Lucerinus Kardinibus, & decumanus eſt aſſignatus, ſed curſum ſolis ſunt ſecuti, & conſtituerunt centurias contra curſum orientalem actus N. LXXX. & contra meridianum actus N. XG. efficiunt iugera N. DCXL. iter populo non debetur

b f. *& Herdona Auſyculanus*, ex Plinio

c f. *ſēproniana*

PROVINCIA CALABRIA

Iter populo non debetur.[a] legito Hyginum de conſtit. limitum. Territorium Tarentinum, Lypienſe, Auſtranum, Varium in iugera N. CC. limitibus Gracchanis, & cetera loca, vel territoria in ſaltibus ſunt aſsignata, pro aeſtimo vbertatis ſunt praeciſa. nã variis locis mẽſurae actae ſunt, & iugerationis modus collectus eſt: Cetera autem prout quis[b] occubuit, poſteriore tempore cenſita ſunt, & ei poſsidenti aſsignata ab Imp. Veſpaſiano, cenſita ex iuſsione. iter populo non debetur. nam eadẽ prouincia habet muros, macerias, corroſiones, congerias, &[c] terminus Tiburtinus, ſicut in Piceno fertur

a f. debetur. territor.

*

b f. occupauit

c f. terminos Tiburtinos

PROVINCIA SICILIA

TERRITORIVM Panhormitanũ Imp. Veſpaſianus aſsignauit militibus veteranis & familiae ſuae. ager eius finitur terminis Tiburtinis pro parte[d] ſcripti. nã ſunt & cippi oleaginei, qui loco termini obſeruãtur, & diſtant a ſe in pedibus CL. CC[e] CCL. CCCC. DL, prout ratio poſtulabit. nam ſunt termini proportionales, quos milites veterani inter ſe emenſos poſuerunt, & cuſtodiunt lineas conſortalis idem[f] Sereſtanorum vt ſupra, vel ad Leucopetram

d f. ſcriptis

e f. ccl. ccc cccl. cccc

f f. Sergeſtanorum, ex Strab. Egeſtam autem Plin. nominat

PROVINCIA TVSCIA

LEX agrorum ex cõmentario Claudij Caeſaris. lex agris limitib⁹ metiundis partis Tuſciae prius, & Cãpaniae, Apuliae, & Variae regionis vel acta territoria.[g] Variat autem regiones non habent, aequalis centurias vel menſuras. In agro Florẽtino in centurias ſingulas iugera CC. qui conduxerit decimanam latum p. XL. Kardinẽ latum p.

g f. Variant autem regiones quae non habent aequales cent.

xx. facito & certos limites [a] ſubrunciuis latum p. .GII. facito quos limites faciet in his limitibus recepiſſe terminos lapideos ponito ex ſaxo ſilice aut molari, aut deteriorem ſupra terrã ſexquipedem facito graſſum pedẽ a decimano, & cardinem quinctum quemq. facito in terram [b] dimitto, ne minus p. III. ceteros terminos, qui in opus erunt, robuſtos ſtatuito ſuper terrã p. II. graſſum pedẽ ſi in terrã dimitto, ne minus p. III. eoſque circũcalcatos ſcriptos ita vt iuſsiſſent quod ſubſiciuũ minus iugera c. erit, per centuriã procedit; quod ſubſiciuũ minus iugera L. id per dimidiã centuriã procedit. hoc opus omne arbitratu Octauii Caeſ. Antonij & Lepidi iij. virum

a f. ſubrunciuos

b f. dimittito

Colonia Florẽtina deducta a iii. viris, aſsignata lege Iulia, centuriae in Caeſarianae, in iugera cc. per Kardines, & decumanos termini rotundi pedales, & diſtãt a ſe p. ijcccc. ſunt & medii termini, qui dicuntur epipedonici L. lõgũ graſſum & diſtant a ſe in p. cccc. ceteri proportionales ſunt, qui nõ ad rationẽ vel recturas limitũ pertinent, ſed ad modum iugerationis cuſtodiẽdũ, & diſtãt a ſe alius ab alio pedes ſexcentos. Quorum limitum curſus nulla intraiecta diſtantia in vtroq. laterum territorii cõcurrunt, in infra mõſtraui, & intercisiuos limites ſeruãt, quos veterani pro obſeruatione partium ſtatutos cuſtodiũt

Colonia Fida Tuder, ea lege, qua & ager Florẽtinus in cẽturiis ſingulis iugera cc. termini lapidei alii ſaxei, alii molares, graſsi ſemipedẽ, lõgũ dodrãtem, diſtãt a ſe pedes DC. & DCCXX. quod ſi fuerit graſſus Gy. dodran 5III. aut 52y. deun xI.

& alius ab alio p.DCCCCLX. ꝏLXXX. Sciptus tyſilogrãmus fuerit terminus, & alius ab alia. p.ꝏ cc

COLONIA volaterrana lege triumuirali in centurias ſingulas iugera CC. decimanis & Kardinibus eſt aſſignata, quam omnem veterani in portionibus[a] diuiſa pro parte habent, in quos limites recepit interuallos p. ij. cccc. in quibus centuriis vnuſquiſque miles accepit iugera XXV. & LXXXV. & LX. termini ea lege ſuperius diximus

a f. *diuiſam*

COLONIA Arretium lege Auguſta cenſita limitibus Gracchanis, qui recturas maritimas & montanas ſpectabant. poſtea per Kardinis, id eſt decimano & duodecimo eſt aſſignata, & numerus centuriarum manet, quae quadratae ſunt in pedibus ij cccc. quae pro parte terminos lapideos recipit ſenis ſale diſtãt a ſe p.CCCL.iij. 22. diſtant a ſe p. CCXL. ſi ſidrodam p. CCCCLXXX, ſi dodram p.DC. ſi ꝏ22. diſtãt x.p.DCCCXL. ſi p. ꝏ vnus in p. ꝏCXX. habet rationem in eadem regione numeri eſt pro parte enim pro modo iugerationis pedaturae numerus eſt aſſignatus

COLONIA Ferentinenſis lege Sempronia eſt aſſignata. Sed, quod ante limitibus cẽturiatis, eſt aſſignata, poſtea, deficientibus veteranis, iuxta fidem poſſeſſionis eſt recenſita. numerus vncialis termini ſunt conſtituti: id eſt alij ſilicei graſſ. ꝏCL, 22. longi diſtant a ſe p. ꝏCCCCXL. alij albi 22IIII.id eſt aut a ſe p.DC. ceteros prout natura locorum inneuit, poſiti ſunt

COLONIA Capis pro aeſtimo vbertatis, & natura locorum ſunt agri aſſignati, nam termini variis locis ſunt depoſiti, id eſt in planicia, vbi

miles habuit proportionẽ,qui termini diſtãt a ſe in p. LX.LXXX. CXX. CXL.CL.CLX.CLXXX.CCXX.CCXL CCC.&,ſi longius natura loci tendatur, ſunt in p. DC. DCCCXL.DCCCL. ∞LXXX. CCCCXL. ∞D. ceteris autẽ locis vias cauas itinera coroniũ & ante coloniã.coronimas nominata; quae ſi ita ſunt,exſequi oportet,ne id ſequaris,quod aliqua pars poſteriori tempore, pacti dicisioniſue cauſſa inter ſe ſunt ſenſiti

COLONIA Iunonia,quae appellatur [a]Faliſcos, quae a iij.viris eſt aſſignata, & modus iugerationis eſt datus,in qua limites interciſiui ſunt directi.lege Agraria ſunt menſurae collectae.termini ſunt autem non omnibus cenſiti, ſed numero pedaturae ſunt limites cõſtituti in locis quibuſdam.riui finales,& cauae,quae ex pactione ſunt deſignatae, hanc tamen quae recturam limitum recipiunt.nam termini ſunt ſilicei pro parte, & diſtant a ſe p. CCXL. CCC. CCCLX & CCCCLX & CCCCLXXX. & DC. ceterum [b]normales longitudo per riuorum curſus ſeruatur

[a] f *Faliſca,a iij.viris*

[b] f. *normalis*

COLONIA Nepis eadem lege [c]feratur, qua & ager Faliſcorum

[c] al. *ſeruatur*

COLONIA Sutrium ab oppidanis eſt deducta. ante limites contra orientale rectura dirigebãtur:poſtea ex omni latere ſunt extenuati. &, licet omnes agri ad modum iugerationis ſint aſſignati:tamen,pro parte naturam loci ſecuti artifices agros cenſuerunt, id eſt fecerunt gannatos, & ſcamnatos riparum & coronarum natura,& iuga collium ſunt emenſi. terminos autem pro parte lapideos poſuerũt, alios vero ligneos,

qui [a] ſacricales pali appellantur. qui diſtāt a ſe p. cccc. p. D. p. DC. p. DCC. p. DCCC. p DCCCC. p. ∞. p. ∞cc. ceterū pro natura loci deſignatū eſt in ripis

a f. *Sacrificales*

CAMPI Tiberiani in iugeribus [b] vicinis quenis xxy. ſunt aſsignati a Tiberio Caeſare, & termini Tiberiani nuncupantur. qui diſtant a ſe p. DC. p. ∞cc. p. DCCC. p. CCC. p. alibi p. DC. alibi DC p. D. p. DCCXX. qui recipiūt menſuram ſexenis p. CCL. ij. pij. 525. duaſela p. IIII. ceterum limitibus normalibus recturae concurrunt.

b f. *vicenis quinis ſunt*

COLONIA Tarquinius lege Sempronia eſt aſsignata, cuius [c] agrimenſuram in tetragono variis locis eſt collecta, & termini [d] ſcilicet ſunt appoſiti, quorū mēſura eſt deun XXI. per longū 522. & diſtant a ſe in pedibus DCCLX. alij longū triē. III--III diſtant a ſe p. DCCCLXX. DCCCLX. hoc in montibus, vel locis mōtanis, in quibus alii iuxta loci naturam ſpiſsiores ſunt ſiti, id eſt ne menſurae [d] ſue numero podiſmati ſunt inter p. cxx. inter p. CLX. in p. CLXXX. in p. CC. & CCXL. nam circa regionem maritimam limites rectos cenſuerunt, & lapidibus his compactis curſum demonſtrauerunt, aliis vero locis [e] eſt cōuallium. ordinari diſpoſuerunt.

c leg. *agri menſura*
d f. *ſilicei*
d f. *ſine*
e f. *iuxta conuallium ordinem*

COLONIA Grauiſcos ab Auguſto deduci iuſſa eſt. nam ager eius in abſoluto tenebatur. Poſtea Imp. Tiberius Caeſar iugerationis modum ſeruandi cauſſa lapidibus emenſis R. P. loca aſsignauit. nā inter priuatos egregios terminos poſuit. qui ita a ſe diſtant, vt breui interuallo facile [g] inueniantur, reperiantur. nam ſunt & per recturas foſſae [h] inter rectae, quae communi ratione ſingulorum

g gloſſema putoid *inueniant*
h f. *interuectaeq.*

Col

Colonia Veius, priuſquā oppugnaretur, ager eius militibus eſt aſſignatus ex lege Iulia: poſtea deficientibus his, ad vrbanam ciuitatem aſſociādos cenſuerat D. Auguſtus. nam variis temporibus & a diuinis Imperatoribus agri ſunt aſſignati. cuius ratio ſic oſtenditur. Circa oppidum Veius ſunt naturae locorum, quae vice limitū ſeruant, ſed non per multa millia pedū concurrūt, in quibus etiam termini ſiti ſunt pro parte Silicei, & alij Tiburtini. Silicei vero diſtant à ſe in p. ccxx. ccclx. ccccxx. cccclxxx, dlx. dc. Tiburtini vero in p. ccl. cclxxx. cccxl. cccc. ccccxx. dc. quod ſi ſpiſſiores, dlxxx. dcxl. dclx. nō ſunt riparū curſus. ſeruātur harū tamē quae permulta milia pedum rectura ſeparationeſue agrorum ab initio ſuo vſque ad occaſum cuſtodiunt, & ne eas ripas ſequendas perarent, quae intra corpus agri naſcuntur, & in ſuo latere decidunt, lex limitum eas praedamnauit, ne id aliquādo ſequatur omini, quod maior poteſtas limitum, recturarūue non confirmant. Sed ſi conuentionis cauſſa eo partes inter ſe conſtituendas cenſuerunt, nō recturae imputandum, ſed concurrētí definitione fides adhibēda. quod enim viarum, riparum, cauarum, multorum agrorum ſeparandorū permeantium curſus ſeruandus.

Pars vero camporum & Siluae regionis Campaniae, vel totius Aureliae, [a]ante D. Auguſto veteranis pro parte data fuit. in qua regione limites maritimi appellantur, vbi non ſunt termini lapidei, ſed lignei ſacrificales exordio ſunt conſtituti. nam poſtea iuſſu Imp. Hadriani vice nu-

mero limitum termini poſiti ſunt lapidei, qui ab vno incipiunt numerum[a] contineri: vt puta terminus i. in termini ij. terminus iii. quartus iiii terminus quinctus v. vſq. ad numerum ſuum facit, vel concluſionem angulorum agri aſſignati: quorum menſura licet[b] aduerſa ſit, tamen diſtant a ſe in p. c. in cxl. in p. cc. in p. ccxl. in p. ccc. in p. cccxl. in p. cccc. in p. ccccLxxx. in p. D. in p. DLX. in p. DC. ſequitur extra ordinem ad latus. hoc ſequitur ex ordine quo infra eſt. nam pars agri, quae circa portum eſt, Tiberi in iugeribus aſſignata, atq. oppidanis eſt tradita, & pro aeſtimo vbertatis profeſſionem acceperant. media autem pars inter Romã & portũ actis quidẽ menſuris eſt aſſignata, & ſtipitibus oleagineis affixi[c] muneri ad ſingulos angulos ſunt aſſignati: ad quorũ locorũ poſtea lapides[d] graecales ob numero podiũ cuſtodiẽdo ſunt appoſiti. quibus etiã praeceptũ eſt, vt pali annui ſacrificales renouarentur: poſtea, variis locis deficientibus veteranis, iuſſu Imperatoris Caeſaris Traiani agri terminis lapideis ſunt aſsignati: qui termini recipiunt mẽſurã parallelogrãma, & diſtant a ſe in p. DC. DCCCXL. DCCCCLX. ∞XX. ∞CC. ∞CCCCXL. ∞DLXXX. ∞DCCC. huius enim territorii forma in tabula aeris ab Imp. Traiano iuſſa eſt deſcribi, quod limitibus normalibus maritimiſq. ſit aſſignatus. pars autẽ intra etruriã proximae coloniae veios omnes limitibus interciſiuis eſt aſsignata, vt ſupra oſtendi. in quo territorio omnis ager iugerationis modum habet collectum, ſicut in aere eſt nominatum

a f. *continere*
b f. *diuerſa*
c f. *numeri*
d f. *gregales*

Ager Lunenſis ea lege, qua & ager Florentinus. limites in horam ſextam conuerſi ſunt, & ad occidentem plurimum dirigunt curſum. termini aliqui ad diſtinctione numeri poſiti ſunt: alii ad recturas linearum monſtrandas.

Ager [e] Tiferinus in centuriis fuit aſsignatus. poſtea iuſſu Imp. Tiberii Caeſaris, quis prout occupauit milles, deficietibus his, aliis paucioribus eſt aſsignatus, termini pleurici qui rationem obſeruationis tantummodo oſtendunt quam recturam militum.

e ſ. *Tifernas* * * *

Ager [f] Speltinus lege alia eſt aſsignatus in modum iugerationis: termini lapidei diſtant a ſe p. ooccc522. diſtāt a ſe p. ooDcccccxxL, 1.5152. p. 11513. p. 11. diſtant a ſe p. 11ccc. ea lege, & menſura ſeruari a noſtris viſum eſt.

f ſ. *Spoletinus*

Ager Amerinus lege Imp. Auguſti eſt aſsignatus veteranis. eſt quidem adiudicatus, & pro aeſtimo libertatis legem ſunt ſecuti, vbi termini ambiguum nunquam receperant circa ipſum oppidum, ſed extra tertium milliarium lex Caeſariana operata eſt, in abſoluto termini ſiti ſunt, id eſt 55. p. 3. p. Dccc. p. D22. oocc. alii 525. p. 522. p. oocccccxL.

[g] Pars Piceni ex libro Balbi

g hanc totā lineā gloſſema putarē

Provinciae Piceni ager Spoletinus in iugeribus & limitibus eſt intercīſiuis aſsignatus, vbi cultura eſt. ceterum in ſoluto eſt relictum in montibus vel ſubſiciuis, quae Reip. alii ceſſa ceſita ſunt. nam etiam multa loca hereditaria accepit eius populus.

Ager, qui a fondo 3. vel 4. 5. cenſitus eſt, in

iugeribus iure ordinario poſsidetur, ſicut eſt interamna Flaminiae, & inter Paletino Piceni

AGER vrbis Sauienſis limitibus maritimis, & montanis lege iii. viralis, & loca hereditaria populus accepit

AGER Troentinus idem eſt aſsignatus

AGER Firm. Piceno limitibus iij. viralibus in centuriis per iugera ducenda aſsignatus

AGER Senogalienſis, & Putentinus, Recinēſis, & Pauſulenſis idem ſunt aſsignati

AGER Cuprenſis Truentinus, Caſtranus, Alternenſis, lege Auguſti ſunt aſsignati

AGER Anconitanus limitibus Gracchanis in centuriis eſt aſsignatus

AGER Aſculanus locis variis limitibus interciſiuis[a] & aſſignatus, & terminis Claudianis in modum arcellae eſt demetitus, & aliis ligneis ſacrificalibus. Quorum limitum diſtantia eſt p. ꝏcc. & infra. & ceterum in abſoluto remāſit, & III. virorum tenor finitimus obſeruabatur. ager militibus eſt aſſignatus

[a] f. *eſt*

AGER Hadrianus, idem & ager Falerionenſis limitibus maritimis, & Gallicis, quos dicimus [b] decimanus, & cardinis. nam eorum delimatio eſt per rationē arcarum, vel canalabula, vel nouerca, quod tegulis conſtituitur, aliis vero locis muros, macerias, corroſiones, congerias, carbūculos, & variis locis terminos auguſtos, per quorum curſus in Piceno fines terminantur

[b] f. *decimanos & cardines*

FINIS.

LEX MAMILIA, ROSCIA, Peducea,[a] Allena, Fauia. K. L. III

[a] V. C. ALIAINA, FABIA

QVAE colonia hac lege deducta, quodue municipium, praefectura, forum, conciliabulũ conſtitutũ erit, qui ager intra fines eorum erit, qui termini in eo agro ſtatuti erunt, quo in loco terminus non extabit, in eo loco is cuius is ager erit, terminum reſtituendum curato:[b] vtq; recte factum eſſe velit, idque magiſtratus qui in ea colonia, municipio, praefectura, foro, cõciliabulo iure dicundo praeerit, facito vt fiat. KL. IIII. Qui limites decumani qui hac lege deducti erũt, quaecumque foſſae limites in eo agro erunt, qui ager hac lege datus aſſignatus erit, ne quis eos limites decumanos, ne obſeptos, neue quid in eis immolitum, neue quid ibi poſitum habeto, neue eos arato, neue eas foſſas obturato, neue quis ſaepito, quo minus ſuo itinere aqua ire, fluere poſsit. Si quis aduerſus ea quid fecerit, in res ſingulas quotieſcunque fecerit H-S. IIII. colonis, municipibus[c] ve eius in quorum agro id factum erit, dare damnas eſto: pecuniae qui volet petitio hac lege eſto. KL. V. Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium, praefecturam, forum, conciliabulum conſtituerit, in eo agro, qui ager intra fines eius coloniae, municipii, fori, conciliabuli, praefecturae erit, limites decumanique vt fiant, [d]terminatique ſtatuantur, curato: quique fines ita ſtatuerit, ſi fines eorum ſunt, dum ne extra agrum colonicum, territorium, fines ducat: quique termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis quem

[b] v. c. quae recta autumacium

[c] v. c. vilis lego. veiis

[d] lege terminiq.

a v. c. *loco moueto*

corum eiicito, neue [a] commoueto, ſciens dolo malo: ſi quis aduerſus ea fecerit, is in terminos ſingulos quos eiecerit, loco ue mouerit, ſciens dolo malo, xxv. in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas eſto: deque ea re curatoris, qui hac lege erit, iuriſdictio, reciperatorumque datio addictio eſto. cum curator hac lege non erit, tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, praefectura, foro, conciliabulo iure dicundo praeerit, eius magiſtratus de ea re iuriſdictio iudicisque datio addictio eſto: inque eam rem is qui hac lege iudicium dederit, teſtibus publice duntaxat in res ſingulas x. denuntiandi poteſtatem facito, ita vt e Republica fideque ſua videbitur. Et ſi is vnde ea pecunia petita erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab eo deue bonis eius, primo quoque die exigito, eiuſque pecuniae quod receptum erit, partem dimidiam ei cuius vnius opera maxime is condemnatus erit, partem dimidiam in publicum redigito. Quo ex loco terminus aberit, ſi quis in eum locum terminum reſtituere volet, ſine ſua fraude [b] licet facere: neve quid cui is ob eam rem hac lege damnas eſto.

b *liceto*

ADRIANVS Ager limitibus maritimis & Gallicis quos nos D. & K. appellamus, finitur, per rationem arearum, ripaou mycanabularum, vel nouercarum, quod tegulis conſtruitur. Aliis vero locis muris, macciis, ſcorpionibus, econge-

riis, carbunculis, terminis auguſteis fluminum curſibus.

Adteiatis oppidi ager aliquibus locis tribus limitibus eſt aſſignatus, in centuriis: quorũ limitatio pedaturae haec eſt, a ped. ꝏcccc. & ſupra, vſque in ped. ii. d. Nam aliorum curſus eſt per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel nouercarum, & variis locis terminis auguſteis, ſed & aliis finitimis ſignis.

Ascylanvs ager variis locis limitibus intercisiuis aſſignatus, & terminis Claudianis in modum arcellae eſt demetitus. Qui ſi tres fuerint in vnum, trifinium faciunt, & palis ligneis, ſiliceis, ſacrificalibus, per quos ratio limitum ſeruatur, qui diſtant a ſe pedibus cccc, & infra. Caeterum in abſoluto remanſit & riuorum tenor & viarum finitimus. obſeruantur maxime in his limitibus carbunculi & ſcorpiones. menſura vero acta eſt in ſeparationibus fundorũ per Vectium Rufinum cohortis vi. b p. iugera iiii, cl. accepit & xii. agros in montibus Romani acceperunt familiariter, qui montes Romani appellantur, per Manilium Nepotem militem cohortis iii. pro conſule, & Coenio Seuero & Stola conſulibus.

Avximatis Ager limitibus Gracchanis per centurias eſt aſſignatus.

Ancon itanvs Ager, ea lege continetur, qua & ager Auximatis, limitibus Gracchanis in iugeribus.

Albensis Ager, locis variis limitibus intercisiuis eſt aſſignatus: terminis vero Tiburti-

nis, qui Cilicii nuncupantur, & in limitibus cõſtituti ſunt. Aliis vero locis ſacra ſepulchrave vel rigores, quorum ratio diſtat à ſe in pedes cccc L. & infra, & quam maxime limitibus eſt aſsignatus. Terminatio autem eius facta eſt vj. ID. OCTB. per Cilicium Saturninum cẽturionem cohortis vij. & viceſimae, menſoribus interuenientibus, & termini a Cilicio Cilicii nuncupantur. Haec determinatio facta eſt Orfito [a] ſeniore, & Quinto [b] Scitio Priſco conſulibus.

a f. ſcipione
b Nonio

ATERNENSIS Ager lege Auguſtea eſt aſsignatus: riuorum & viarum curſus ſeruatur

CVRIVM Sabinorum ager per quaeſtores eſt vehundatus, & quibuſdam laterculis per quinquagena iugera incluſus eſt. Poſtea vero iuſſu Iulii Caeſaris per centurias & limites eſt demetitus. Termini vero Tiburtini affixi ſunt, ſed & lapides incores ſignati ſunt. Variis autem locis muri, maceriae, ſepulchra, monumenta riuorum vel fluminum curſus, arbores antemiſſae vel peregrinae, & putei finem faciunt. ſed & alia ſigna quae in libris auctorum leguntur. Quod ſi ſigna haec non inueniantur, arbores oliuarum ſi ſibi in tranſuerſo occurrerint, pro rigore ſeruandum eſt, qui rigor pinnalis dicitur. Si certe ordines ſibi conuenerint, & hic rigor iungatur cũ pinnali, hebes appellantur. Sic enim colliges fines inter poſſeſsiones

CAMPI Tiberiani qui inter Romam & Tibur eſſe videntur, a Tib. Caeſare ſunt demetiti, in iugeribus xxv. & termini Tiberiani nuncupãtur, qui diſtãt a ſe in ped. D. & ſupra, vſque in ped.

occ. caeterum vero limitibus normalibus rectūrae concurrunt.

Carseolis Ager eius iter populo non debetur: vſque ad muros priuati poſsident. Sunt etiã montes qui Romani appellãtur, ea ratione qua in agro Aſculano ſupra diximus. Qui montes ad ſuram finem habent. Finitur enim iugis mõtium, terminis Auguſteis, ripis per deuexa collium, arboribus, diuergiis aquarum, ſed & per alia finitima documenta. In campis vero terminos quadratos, Tiburtinos, ſpatulas cuſorias limitibus: interiectis vero locis per arcas inſtructas, & monumenta finitur.

Castranus Ager, lege Auguſtea eſt aſſignatus.

Cyprensis Ager. ea lege eſt aſſignatus, quã & ager Caſtranus.

CASTELLENSE MVNICIPIVM

Ager eius limitibus D. & K. continetur. in centuriis eſt aſſignatus.

Cingulanus Ager. iter populo non debetur, ea lege continetur quã & ager Potentinus: in iugeribus & limitibus interciſiuis eſt aſſignatus vbi cultura: caeterum vero in ſolutum eſt: reliqua in montibus idem cenſuerunt. Nam multa loca haereditaria accepit eorum populus. ager qui a fundo ſuo tertio vel quarto vicino ſitus eſt, in iugeribus iure ordinario poſſidetur, ſicut eſt Interamna Paleſtinae Piceni

CORFINIVS Ager, limitibus maritimis & mõtanis in iugera CC. ſunt aſsignati, lege Auguſtea ſunt cenſiti, & termini Auguſtei, iidem nuncupantur

CASENTIVM Muro ductum ager eius lege triũuirali eſt aſſignatus limitibus per terminos & alia ſigna finalia iter populo non debetur

CAPENVS. Ager eius finitur terminis Tiburtinis, ex alia parte ſiliceis, qui diſtant a ſe a pedibus cc. vſque in ped. cccci. habet ripas, vias, & riuos finales

CORFINIVS Ager lege Sempronia eſt aſsignatus. iter populo debetur, ped. LXXX. ager eius in tetragonon eſt aſsignatus: & ſilicei termini ſunt appoſiti, qui diſtant a ſe in ped. a DCXX. vſque in ped. DCCCLXX. & alia ſigna ſecundum auctorum doctrinam

ECICYLANVS Ager per ſtrigas & ſcamna in centuriis eſt aſsignatus. Termini vero rotundi, & ſpatulae curſoriae conſtituti per montes autẽ congeſtiones petrarum, & termini. Sed & ſigna quibus ager arcifinius finitur

FORONOVANVS Per limites & centurias eſt aſsignatus. Termini vero Tiburtini & Auguſtei, canabulae, vel nouercae, muri, maceriae, putei: ſed & ſacrificales pali affixi ſunt, qui diſtant a ſe in pedibus CCL. & ſupra, vſque in ped. CCCC. Variis autem locis per inſtructuras, arcas, riuorum vel fluminum curſus: ſed & iuga montium atque ſupercilia fines ſeruantur

FIDENAE. Ager eius ea lege ſeruatur qua &

campi Tiberiani.

FICILIENSIS Ager ea lege ſeruatur qua & ager Curium Sabinorum.

FIRMOPICENVS. Ager eius lege triumuirali in centuriis ſingulis iugera cc. finitur, ſicuti ager Foronouanus.

FALERIONENSIS Ager limitibus maritimis & Gallicis eſt aſsignatus, quos nos D. & K. appellamus. Finitur arcarum, riparum, canabularũ, ſiue nouercarum muris, maceriis, ſcorofionibus maceriis, carbunculis, terminis Auguſteis, riuis, fluminibus, arboribus antemiſsis, iugis montiũ, ſuperciliis, petris naturalibus ſignatis, ſicut in Piceno fines terminantur.

FANESTRIS FORTVNAE. Ager eius limitibus maritimis & montanis eſt aſsignatus; & per ea ſigna quibus Falerionenſis ager.

CAMERINVS. Iter populo non debetur. ager eius limitibus maritimis & Gallicis continetur. Finitur enim ſicut ager Faneſtris fortunae.

LVCO FERONIA. Ager eius finitur arboribus antemiſsis, ſed et aliis ſignis, quibus fines ſeruãtur in prouincia Piceni, terminis Tiburtinis qui diſtant a ſe in ped. XL. vſque in ped. CCC LXX.

MARSVS municipium licet conſecratione veteri maneat, tamen ager eius aliquibus locis in tribus limitibus lege Auguſtea eſt aſsignatus limitibus maritimis et montanis. Ager eius aliquibus locis in iugeribus CC. continetur: terminis vero Tiburtinis & ſiliceis, & aliis docu-

mentis, quibus ager Fallerionenſis finitur.

MATILICA Oppidum. iter populo debetur, ped. LXXX. Ager eius ea lege continetur, qua & Camerinus.

NVMENTVM. Ager eius ea lege continetur, qua & ager Foronouanus.

NVRSIA. Ager eius per ſtrigas & per ſcamna in centuriis eſt aſsignatus. finitur ſicuti ager Aſculanus.

NOMATIS. Ager eius ea lege continetur, qua & ager Auximatis.

OSTRENSIS. Ager ea lege continetur, qua & ager Camerinus.

PINNES. Ager eius ea lege continetur, qua & ager Hadrianus.

PAVSVLENSIS. Ager per limites in centuriis ſingulis iugera CC. eſt aſsignatus. finitur ſicut ager Aſculanus.

POTENTINVS. Ager ea lege finitur, qua & Pauſulenſis.

PLACENTINVS, Colonia. iter populo debetur. ager eius limitibus intercifiuis eſt aſsignatus. finitur ſicut ager Aſculanus.

POTENTINVS. Ager in iugeribus & limitibus intercifiuis eſt aſsignatus, vbi cultura: caeterum in abſoluto remanſit; reliqua in montibus conſuerunt; & multa loca haereditaria accepit eorum populus.

PISAVRENSIS. Ager finitur riuorum, riparũ, fluminum curſu, terminorum fide, & palis ſacrificabilibus, ſicut in prouincia Picenſ.

REATE. Ager eius per ſtrigas & per ſcamna

in centuriis eſt aſsignatus. Terminos verò rotundos & ſpatulas curſorias poſuimus: per mõtes autem foueas: ſed & aggeſtum petrarum, vt eſt in libro regionum. Finitur enim ſicuti ager Foronquanus

RICINENSIS Ager limitibus & centuriis eſt aſſignatus. Finitur ſicut ager Aſculanus

SENTIS Oppidum. ager eius limitibus maritimis & montanis lege triumuirali eſt aſsignatus, & loca haereditaria populus eius accepit. finitur ſicuti conſuetudo eſt regioni Piceni

SENOGALLIENIS Ager lege triumuirali eſt aſſignatus, limitibus & centuriis terminis atque riuis: ſed & aliis ſignis, quae in libro conditionum Italiae agrorum leguntur

SEPTEMPEDA Oppidum. iter populo non debetur: ea lege continetur qua & ager Cingulanus

SVPER EQVVM. Ager eius limitibus maritimis & montanis eſt aſsignatus, in centuriis ſingulis iugera CC. finitur ſicuti ſupra legitur ager Marſenſis

TIBVR. Ager eius a Tiberio Caeſare eſt aſſignatus. ea lege continetur qua & campi Tiberiani leguntur inter Tibur & Romam

TRIBVLE Municipium. iter populo non debetur, limitibus Auguſteis eſt aſsignatus, finitur ſicuti ager Curium Sabinorum

TEATE, qui Aternus, ager eius lege Auguſtea eſt aſsignatus: finitur ſicuti conſuetudo eſt in regione Piceni

TROENTO Finitur ſicut ſupra diximus de agro Teatino

a INTER-AMNE

[a] TERAMNE, Paleſtina Piceni.ager eius in iugeribus & limitibus eſt aſsignatus, vbi cultura eſt. Nam caeterum in abſoluto remanſit.reliqua in montibus ſub ipſius Rep.cenſuerunt.nã multa loca haereditaria accepit eius populus. tertio vel quarto vicino fundo ſuo ſitus eſt:iure ordinario poſsidetur

TVFICVM Oppidum.iter populo debetur ped. LXXX:ager eius ea lege continetur,qua & ager Atteiatis

TOLENTINVS Ager limitibus maritimis & montanis eſt aſsignatus,lege triumuirali: & loca haereditaria accepit eius populus

TREENSIS Ager. iter populo non debetur, ea lege continetur,qua & ager Potentinus

VERAGRANVS Ager ea lege continetur, qua & ager Teatinus.

CIVITATES REGIONIS SAMNII A FIDENA Muro ducta.iter populo debetur ped. X. milites eam lege Iulia ſine colonis deduxerunt.Ager eius per cẽturias & ſcãna eſt aſſignatus:termini Tiburtini ſunt appoſiti limitibus interciſiuis

ANTIANVS Ager item eſt aſſignatus,vt ager Fidenatis

BOBIANVS Oppidum.iter populo debetur ped. x. lege Iulia eſt deductum: termini rotũdi ſunt appoſiti.finitur teſtimonio arcarum, riparũ, ſepulturarum,congeriarum,carbunculorũ, riuorum,ſuperciliorum & limitum,D D.& KKI

CLIBES. Ager eius lege Iulia eſt aſsignatus. finitur ſicut ager Bobianus

CORFINIVS Ager limitibus maritimis & montanis, in centuriis ſingulis iugera cc. finitur terminis Tiburtinis & ciuis, arboribus peregrinis vel antemiſſis, monumentis, viis, nymphis. Ager eius in praeciſuris eſt aſſignatus

ESERNIA Oppidum muro ductum, iuſſu Neronis eſt deductum. iter populo debetur ped. L. in cẽturiis, & Auguſteis terminis eſt aſſignatus

ISTONIIS Colonia. ager eius per centurias & ſcãna eſt aſſignatus. finitur ſicut ager Bobianus

IOBANVS. Ager eius ea lege continetur, qua & ager Eſerniae

LARINVS lege Iulia eſt aſſignatus, iter populo debetur, ped. x. finitur ſicut ager Corſinius

SOLMONA ea lege eſt aſſignata, qua & ager Eſerniae

NOMINA CIVITATVM
Apuliae & Calabriae

Ager Auſculinus lege Sempronia & Iulia eſt aſſignatus, vbi eſt D. in orientem, K. in meridianum. Finitur per terminos & terrarum tumores: aliquibus locis arboribus antemiſſis, & viis, ſed & collectione petrarum, in centuriis ſingulis iugera CC

ARDONA ET ASPANVS. Agri earũ ea lege & diuiſione ſunt aſſignati, qua & ager Auſculinus.

CANVSINVS Ager iter populo non debetur: finitur viis & ſignis quibus in libris deſcripſimus: in centuriis ſingulis iugera CC. D. in oriente

COMSINVS. Ager eius limitibus Gracchanis. iter

populo nõ debetur. finitur ſicuti ager Canuſinus

CONLATINVS, Qui & Carmeianus, & qui circa montem Garganum ſunt, finiuntur ſicut ager Auſculinus

ECLANENSIS. Iter populo non debetur. ager eius in centuriis ſingulis iugera CCXL. actus numero XX. & per XXIIII. lege eſt aſsignatus qua & ager Canuſinus. D. eſt in oriente

LVCERINVS Ager KK. & DD. eſt aſsignatus. ſed curſum ſolis ſunt ſecuti, & conſtituerunt cẽturias contra curſum orientalem. Finitur ſicut ager Auſculinus

SALPIS Colonia littore terminatur: finitur finitimis muris, viis, aquarum ductibus, foſsis. In centuriis ſingulis iugera CC

SIPONTVM ea lege & finitione eſt, qua & ager Salpinus

TEATE. iter populo debetur. ager eius finitur viis, ſepulturis, & caeteris ſignis, ſicut conſuetudo Prouinciae eſt. VENVSINVS.

* CIVITATES PROVINCIAE CALABRIAE.

Quando terminauimus prouinciam Apuliam & Calabriam, ſecundum conſtitutionem & legem Diui Veſpaſiani, variis locis menſurae actae ſunt, & iugerationis modus collectus eſt. Caetera autẽ prout quis occupauit, poſteriore tempore cenſita ſunt, & poſsidenti aſsignata. alia loca pro aeſtimio vbertatis praeciſa ſunt. Finiuntur enim terminis, riuis, foſsis, arboribus antemiſsis, tumore terrae, collectione petrarum: ſed & naturalibus ſignatis lapidibus, viis, ſepulchris, arboribus peregrinis:

peregrinis:ſed & aliis ſignis, quibus ſuperius in libris docuimus.

Civitates autem hae ſunt: Brondiſinus ager pro aeſtimio vbertatis eſt diuiſus: caetera in ſaltibus ſunt aſſignata. Diuiduntur ſicut ſupra legitur prouinciam eſſe diuiſam.

Botontinvs, Caelinus, Genuſinus, Ignatinus, Lypienſis, Metapontinus, Orianus, Rubuſtinus, Rodinus, Tarentinus, Varnus, Veretinus, Vritanus, Ydrontinus, ea lege & finitione finiuntur qua ſupra diximus. Maxime autem vicinorum exempla ſumenda ſunt, & conſuetudines regionum intuendae, vt ſecundum ſignorũ ordinem atque rationem veritas declaretur.

P. VELLEI PATERCVLI D. COLONIIS EX lib. I. HISTOR. ROM.

QVVM facilius cuiuſque rei in vnũ cõtracta ſpecies, quam diuiſa temporibus, oculis animiſque inhaereat, ſtatui priorem huius voluminis poſterioreq́ue partem nõ inutili rerum noticia in artum contracta diſtinguere, atque huic loco inſerere, quae quoque tempore poſt Romani a Gallis captam deducta ſit colonia iuſſu ſenatus. Nam militarium & cauſa & auctores, & ipſarum praefulgent nomina. Huic rei per idem tempus ciuitates propagatas, auctumque Romanum nomen communione iuris haud intẽpeſtiue ſubtexturi videmur. Poſt

ſeptē annos quā Galli vrbem ceperint, Sutriū deducta colonia eſt, et poſt annū Setina, nouemq; interiectis annis Nepe, deinde interpoſitis duobus et triginta Aricini in ciuitatem recepti. Abhinc annos autem cccl. Sp. Poſthumio, Veturio Caluino c o s s. Campanis data eſt ciuitas, partique Samnitium ſine ſuffragio. Et eodē anno Cales deducta colonia. Interiecto deinde triennio, Fundani et Formiani in ciuitatem recepti, eo ipſo anno quo Alexādria condita eſt. Inſequentibuſq; coss. a Sp. Poſthumio, Philone Publio cēſoribus Acerranis data ciuitas. Et poſt trienniū Tarracinam deducta colonia, interpoſitoque quadriennio, Luceria: ac deinde interiecto triēnio, Sueſſa Aurunca et Saticula, Interamnaque poſt biēnium. Decem deinde hoc munere anni vacauerunt, tunc Sora atque Alba deductae coloniae, et carſeoli poſt biennium. At quintū Fabio, Decio Mure quartum c o s s. quo anno Pyrrhus regnare coepit, Sinueſſam, Minturnaſque miſſi coloni, poſt quadriennium Venuſiam, interiectoque biēnio M. Curio & Rufino Cornelio c o s s. Sabinis ſine ſuffragio data ciuitas. id actū ante annos ferme cccxx. At Coſſam & Paeſtum abhinc annos ferme trecentos, Fabio Dorſone, Claudio Canina coss. Interiecto quinquēnio, Sēpronio Sopho & Appio Caeci filio c o s s. Ariminum, Beneuentum, coloni miſſi, & ſuffragii ferendi ius Sabinis datum. At initio primi belli Punici Firmum & Caſtrū colonis occupata: & poſt annum Aeſernia, poſtque xx i i. annos

Aeſulum & Alſium, Fregellaeque poſt bienniũ, proximoq; anno Torquato Sẽpronioque c o ss. Brunduſium, & poſt triennium Spoletium, quo anno Floralium ludorũ factum eſt initiũ. Poſtque biennium deducta Valentia, & ſub aduentũ in Italiam Hannibalis Cremona atque Placentia. Deinde neque dum Hannibal in Italia moratur, neque proximis poſt exceſſum eius annis, vacauit Romanis colonias condere, quum eſſet in bello conquirendus potius miles quã dimittendus, & poſt bellum vires refouendae magis quam ſpargendae. Cn. autem Manlio Volſone, M. Fuluio Nobiliore c o s s. Bononia deducta colonia abhinc annos ferme ccxvii. & poſt quadriennium Piſaurum ac Potentia, interiectoque triennio Aquileia & Grauiſca, & poſt quadriẽnium Luca. Eodem temporum tractu (quanquam apud quoſdam ambigitur) Puteolos Salernumque & Buxentum miſſi coloni: Auximum autem in Picenum abhinc annos ferme c l x x x v i i. ante triennium quam Caſſius cẽſor a Lupercali in Palatium verſus theatrum facere inſtituit, cui in demoliendo eximia ciuitatis ſeueritas & c o s s. Cepio reſtitere, quod ego inter clariſſima publicae voluntatis argumenta numerauerim. Caſſio autem Longino & Sextio Caluino (qui Sallyes apud Aquas quae ab eo Sextiae appellantur deuicit) c o s s. Fabrateria deducta eſt, abhinc annos ferme c l v i i. Et poſt annum, Scylacium, Mineruium, Tarẽtum, Nepturia, Carthagoque in Africa prima (vt praedi-

ximus)extra Italiam colonia cōdita eſt.de Dertona ambigitur. Narbo autem Martius in Gallia M. Porcio, Q. Marcio coss. abhinc annos circiter CLIII. deducta colonia eſt:poſt tres & viginti annos in Baciennis Eporedia, Mario ſexies Valerioque Flacco coss. Neque facile memoriae mandauerim, quae, niſi militaris, poſt hoc tempus deductá ſit

DE COLONIIS EX PANDECT. lib. L. TIT. DE CENSIBVS

Vlpianus libro primo de Cenſibus

SCIENDVM eſt, eſſe quaſdam colonias iuris italici:vt eſt in Syria Phoenice ſplendidiſſima Tyriorum colonia,vnde mihi origo eſt,nobilis regionibus,ſerie ſaeculorum antiquiſſima,armipotēs, foederis,quod cum Romanis percuſſit,tenaciſſima. huic enim Diuus Seuerus & Imperator noſter ob egregiam in rempublicam imperiūque Romanum inſignem fidem,ius Italicum dedit. Sed & Berytenſis colonia in eadem prouincia Auguſti beneficiis gratioſa & (vt Diuus Hadrianus in quadam oratione ait) Auguſtana colonia,quae ius Italicum habet. Eſt & Heliopolitana, quae a Diuo Seuero per belli ciuilis occaſionem Italicae coloniae rempublicam accepit. Eſt & Laodicena colonia in Syria Coele, cui Diuus Seuerus ius Italicum ob belli ciuilis

merita conceſſit. Ptolemenſium enim colonia, quae inter Phoenicē & Palaeſtinam ſita eſt,nil praeter nomen coloniae habet. Sed & Emiſenae ciuitati Phoenices Imperator noſter ius coloniae dedit,iuriſque Italici eam fecit. Eſt & Palmyrena ciuitas in prouincia Phoenice prope barbaras gentes & nationes collocata

In Palaeſtina duae fuerāt coloniae,Caeſariēſis, & Aelia capitolina: ſed neutra ius Italicū habet

Diuus quoq; Seuerus in Seuaſtenam ciuitatē coloniā deduxit. Indi cia quoque Zernenſiū colonia a Diuo Traiano deducta,iuris Italici eſt

Zarmizegethuthuſa quoque eiuſdem iuris eſt. itē Napocenſis colonia,& Apulenſis,et Patauicenſium vicus , qui a Diuo Seuero ius coloniae impetrauit

Eſt et in Bithynia colonia Apamena , et in Pōto Sinopenſis . Eſt et in Sicilia Selinus , et Trahianapolis

Idem lib. 28. ad Sabinum

Vitia priorum cenſuum, editis nouis profeſſionibus euaneſcunt

Idem lib. 2. de Cenſibus

AEtatē in cēſendo ſignificare,neceſſe eſt:quia quibuſdā aetas tribuit,ne tributo onerentur.veluti in Syriis a quatuordecim annis maſculi,a duodecim feminae vſque ad ſexageſimum quintum annum tributo capitis obligantur.aetas autem ſpectatur cenſendi tempore. Rebus conceſſam immunitatē nō habere intercidere reſcripto Imperatoris noſtri ad Pelignianū recte expreſſum eſt. quippe perſonis quidē data immunitas

cū perſona extinguitur:reb⁹ nunquā extinguitur

Idem libro tertio de Cenſibus

Forma cenſuali cauetur,vt agri ſic in cenſum referantur:Nomen fundi cuiuſque, & in qua ciuitate & quo pago ſit,& quos duos vicinos proximos habeat. & id aruum, quod in decē annos proximos ſatū erit,quot iugerum ſit.vinea quot vites habeat.oliuae quot iugerum & quot arbores habeat.pratum,quod intra decē annos proximos ſectum erit,quot iugerū paſcua, quot iugerum eſſe videantur. item ſiluae caeduae. omnia ipſe,qui defert, aeſtimet. Illām aequitatem debet admittere cenſitor, vt officio eius cōgruat,releuari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex cauſis non poſſit. Quare, & ſi agri portio chaſmate perierit, debebit per cēſitorem releuari.Si vites mortuae ſint, vel arbores aruerint:iniquum,eum numerum inſeri cenſui.Quod ſi exciderit arbores, vel vites; nihilominus eum numerum profiteri iubetur,qui fuit cenſus tempore:niſi cauſam excidendi cenſitori probabit. Is vero,qui agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager eſt.agri enim tributum in eam ciuitatem debet leuare,in cuius territorio poſſidetur.Quamquā in quibuſdā beneficia perſonis dataimmunitatis cum perſona extinguantur:tamen cum generaliter locis,aut cū ciuitatibus,immunitas ſic data videtur, vt ad poſteros tranſmittatur.Si,cū ego fundum poſsiderē,profeſſus ſim, petitor autem eius non fuerit profeſſus: actionem illi manere placet. In ſeruis deferēdis obſeruādum eſt, vt &

nationes eorum,& aetates, & officia,& artificia ſpecialiter deferãtur.Lacus quoq; piſcatorios,& portus in cēſum dominus debet deferre.Salinae ſi quae ſunt in praediis, & ipſae in cēſum deferēdae ſunt.Si quis inquilinū,vel colonū nō fuerit profeſſus:vinculis cēſualibus tenetur. Quae poſt cēſum edictū nata,aut poſtea quae ſita ſint intra finē operis,cōſummati profeſsionibus ēdi poſſunt.Si quis veniā petierit,vt cēſum ſibi emēdare permittatur,deinde poſt hoc impetratū cōgnouerit,ſe non debuiſſe hoc petere, quia res emendationem non deſiderabat: nullum eius praeiudicium ex eo,quod petiit,vt cēſum emēdaret,fore,ſaepiſsime reſcriptum eſt

Papinianus libro 19. Reſponſorum

Cum poſſeſſor vnus,expediendi negotii cauſa, tributorum iure conueniretur:aduerſus ceteros quorum aeque praedia tenentur ei,qui conuentus eſt,actiones a fiſco praeſtãtur: ſcilicet vt oēs pro modo praediorū pecuniā tributi cōferant. nec inutiliter actiones praeſtãtur,tametſi fiſcus pecuniam ſuam recuperauerit: quia nominum venditorum pretium acceptum videtur. Qui, non habita ratione tributorum, ex cauſa fideicommiſsi praedia reſtituunt: actionem ex Diui Pii Antonini literis habent, quam legato quoque ſoluto locum habere voluit

Pro pecunia tributi,quod ſua die nō eſt redditum,quo minus praedium iure pignoris diſtrahatur,oblata moratoria cautio non admittitur. nec audietur legatarius cōtradicens ob tributa praeteriti temporis, quod heres ſoluendo ſit, et

is,qui tributis recipiendis praepoſitus fuerat

Celſus libro 25. Digeſtorum

Colonia Philippenſis iuris Italici eſt

Caius lib. 6. ad legem Iuliam & Papiam

Iuris Italici ſunt, Τρωὰς Βήρυτος Δυῤῥάχιον. *id eſt, Troas,Berytus,Dyrrhachium*

Paulus libro 2. de Cenſibus

IN Lyſitania Pacenſes, ſed et Emeretēſes iuris Italici ſunt. Item ius Valētini et Licitani habēt. Barcenonenſes quoq; ibidē immunes ſunt. Lugdonenſes Galli, item Viennenſes in Narbonēſi iuris Italici ſunt. In Germania inferiore Agrippinenſes iuris Italici ſunt. Laodicia in Syria, et Berytos in Foenice iuris Italici ſunt, et ſolū earum. Eiuſdē iuris & Tyriorū ciuitas a Diuis Seuero et Antonino facta eſt. Diuus Antoninus Antiochenſes colonos fecit ſaluis tributis. Imperator noſter Antoninus ciuitatem Emiſenorum, coloniā et iuris Italici fecit. Diuus Veſpaſianus Caeſarienſes colonos fecit, non adiecto, vt et iuris Italici eſſent. Sed tributū hic remiſit capitis. Sed Diuus Titus etiā ſolū immune factū interpretatus eſt. Similes eis Capitulenſes eſſe videntur. In prouincia Macedonia Dyrracheni Caſſaſdrenſes, Philippenſes, Dienſes, Stouenſes iuris Italici ſunt. In prouincia Aſia duae ſunt iuris Italici, Troas et Parium. In Piſidia eiuſdē iuris eſt colonia Antiochenſium. In Africa Carthago, Vticea Leptis magna a Diuis Seuero & Antonino iuris Italici facte ſunt

Ad hunc titulum vide Cuiacium lib. x. Obſeruationum cap. xxxv.

M. PORTII CATONIS EX LIBRIS ORIGINVM FRAGMENTA

GRAECI tam impudenti iactantia iam effunduntur, vt quoniam his dudum nemo reſponderit, ideo libere a ſe ortam Italiam, & eandem ſpuriam ſimul & ſpurcam atque nouitiam nullo certo autore aut ratione, ſed per ſolam inſaniam fabulentur. Quam ob rem nunc vt caeteris Latinis viam faciam, quacunque memoria prodita gentibus Italiae ſunt, & nunc Romano imperio ſubditis, Diis volentibus ſcribere inſtituo. Italiae ſplendidiſſima origo fuit cum tempore, tum origine gentis. Coepit enim aureo ſeculo ſub principibus diis Iano, Cameſe, Saturno, gente Phoenice & Saga: quae poſt inundationem terrarum per orbem prima colonias miſit. Et de mundi quidē origine autores non paria ſentiūt. Nam Chaldaei ſibi ſempiternitatē perſuadent. Phoenicibus vero ac Sagis magis placet origo. Inter vtroſque cōuenit, ante Ninum circiter annis L & CC, quibus durauit aureum ſeculū, terras fuiſſe inundatas, & in Scythia Saga renatum mortale genus. Siue enim ab aeterno mundum exiſtimes, & ignis principio cuncta tenuerit, & ſenſim in ſua loca elementa coeuntia homines produxerint: ſiue, vt fertur, ante aureum ſeculum terras ſubrutas inundatio poſſederit, & exiccata humo apparuerint homines: equidem principatus originis ſemper Scythis tribuitur, a quibus auctis colonias per orbē

m.ſſas ferunt. Et ex his veniſſe Ianũ, Eum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum, rateque cum colonis per Tiberim vectum, ad laeuũ Tiberis Hetruriam tenuiſſe locũm, vbi colonias in continente primum expoſuit, & ipſum deum ſimul Vaticanum habitum dictumque fuiſſe. Et regionem Vaticanam, id eſt, vagicanam dictam, quod ibi Ianus quaſi in cunis natam, primumq; vagientem Italiam exceperit. Inde cum colonis a Vaticano progreſſum, in tractu Vmbriae fundaſſe regiam, & fano Olympum foſſamque ſacraſſe, & auguſtalē Tyrrhenā non longe a regia dicaſſe: vbi ad ſalutandum regem xii. coloniae nonis lunaribus conuenirent. Inde duodenis coloniis faſces ad continēdos rudes ſcribūt, ſingulo praetoriano lictori quatuor & viginti armatis ingenuis diſtributis. Eas poſuit colonias ad ripas quidem Tiberinas Ianiculum, & Atyn Ianum: ad ripas Arni totidem, Pheſulas & itidē Atyn Ianum. Ad littus Hetruſcum quatuor, Pheregenen, Vōlcē, Volaterram, Cariaram, quae & latine Lunā In mediterraneis quatuor, Ogygianum, Aretium, Ruſellas, Volſinium. Paulopoſt dextrum Tiberis latus regulis ſuis permiſit Cameſi, a quo Cameſenae duae, & Saturno, a quo Saturnia olim, quod nunc Capitolium, & ab ea late Saturnia terra. Haec prima fuit aurea illa aetate & quidem auguſtiſsima origo Italiae

Italia complura a diis & ducibus ſortita fuit nomina: a Iano quidem Ianicula, quem quidam Oenotrium dictum exiſtimant, quia inuenit vinū & far: Cameſena a Cameſe, & a Saturno Sa-

turnia:Saleõbrona quoque a gẽtilibus. Durauit Saturniae nomen totidẽ ferme annis quot ante aurea aetas, vſque ad Apim deorum Italiae vltimum, vt Antiochus Syracuſanus ſcribit, a quo Apennina, quam Taurinam idem interpretatur. Etſi Graeci de more quidã a bobus Herculis: vel quod opimos gignat Italia, vt ait Hellanicus: aut a Vitulo egreſſo, vt Herodotus: vel quidã Graeci boues vocant ἰτάλυς vt fabulatur Timaeus, dictam exiſtiment. Inde a duobus fratribus, altero Heſperia, altero Italia poſtremum nomen retinuit. His nominibus principio nuncupata fuit Italia circa Tiberim, vt qui inter omnes Italiae amnes in omnium deorum & principum tutela eſſet, atque imperij totius ex his cõmunis ſedes: a quo in principio & origine ipſa Italiae Albula nomẽ a Ianigenis habuit. Diuiditur autẽ in Apẽninos mõtes, & ciſapenninã, & tranſapenninam Italiã. Alpes omnes Italiae colonias fuiſſe Thuſcorũ incolae aſſerunt, & ab ipſis vel ducibus, vel capitibus originũ nomina gentibus & locis indita: vt Rhetij a Rheto rege Lydorum: & Veronẽſes, a Verona colonia Thuſca: Comẽſes a Coma: Rhegij a Rhegio: Volturreni, a quibus vallis Volturrena: & Oſci, a quibus Oſcela. Hiſtria quoq; a duce miſſo a Iano nomẽ retinet. At Graecorũ quidã ſcribũt dictũ ab Iſtro amne cognomine Danubio, cui Danae gẽtes accolae nomẽ impreſſere, fabulãturq; ramũ ex eo in Hiſtriam effluere, inq; Hadriaticũ mergi. Fingũt alij Argonauiũ in Hiſtriam primum. ab Iſtro e montibus humeris vectã, & in Hadriaticũ demiſsã. Videlicet tãta eſt

in mētiēdo Graecorū vanitas ſimul & leuitas, vt ab Iſtri oſtiis ad eius fontes per immenſa gentiū ſpatia transuolarint, & amnes etiam obſtantes tranarint, & humeris ea conuecta connauigarint,vt etiam in Italia mentiendi ſibi loca inuenerint. Neſcio Argonaui ne Graeci aquas, an Argonauis humeris montes nauigarit

Venetia eſt omnis ora circum ſinum maris poſt Hiſtriam vſque oſtia Padi. Quibuſdam placet a Tylauento illos exordiri. Nam Tauriſanos Perſae gentem ab Api duce conditam aſſerunt. Venetis cunctis prima origo Phaetontea eſt, quae Graecis occaſionem mentiendi de Phaetonte & Eridano praebuit. Poſterius mixta his nobilis ſtirps Troiana, a quibus Patauium ſuo conditore inclytum. Omnia ſub Alpibus tranſpadana loca priſci cōuenae Thuſci miſſis coloniis tenuere, ab hiſque multa loca nomina retinent. Plura deleuerunt Galli, qui primi Arunte Cluſino duce alpes tranſcenderūt, & ſenſim ab omni Gallia ciſalpina Hetruriam pepulere, ab hiſque nomen ſortita retinet Gallia ciſalpina, qua Mantua ſuo conditore Ocno Bianoro eſt Thuſcorū rege illuſtris. Penetrauere trans alpes Boii, Senones, Inſubres, & aliae Galliae tranſalpinae gentes. Gallia ciſpadana olim Bianora a victore Ocno, poſtea Felſina dicta vſque Rauennā, nunc Gallia Aurelia & Aemilia a Romanis ducibus nomē habet. Princeps metropolis Felſina primū a rege Thuſco conditore, inde a ſucceſſore Bono Thuſcanienſi Bononia dicta. Spiretū Padi oſtiū a Pelaſgis conditoribus Spira dictum, & a Dio-

mede inſtauratum. Nouaria ante ab Herculis Aegyptii nomine Libya : & a cognomine Aria Aegyptio vocabulo Leonina:ſed a Liguribus inſtaurata,Nouaria dicta eſt. Olanum ante a Thuſcorum duce,qui cum Oropiis colonis ibi primus inſedit,quorum origo incerta vti Comi, Bergomi,Lycinophori, & aliquot circa populorum: inde ab Inſubriū principe nomine Medo adaucta, Mediolanum nomen ſeruat. Padus ante a duce coloniarum Eridanus, ſed a profunditate Botigon ab Hetruſcis, & Botigum a Liguribus, & a circa arbore Picea,Gallice Padus nuncupatur.Poſt Padi oſtia Rauenna,Sabina ſtirps.Interiit Saga oppidum Hetruſcorum, vti & Atria, a quo mare Atriaticum,quod nunc Hadriaticum. Gallia Flaminia a Rauenna ad Ariminum a comitibus Herculis conditum, a quo cognominatur.Ab eo ad Anconam Senegallia a Senonibus dicta pulſis Hetruſcis,nunc Gallia Togata. Ancona prius Picena vocabulo Hetruſco ſimul & Aboriginum dicta.Galliam Togatam primi coluere Liburni & Siculi, quos pepulere Vmbri: hos Hetruſci,trecentis & amplius eorum validiſſimis oppidis iuſti more belli expugnatis:eos tandem vicere Galli.Piceni lingua Hetruſca genus ſacrum dicitur,orti a Sabinis.A Picenis Garganum montem aliis & aliis temporibus diuerſae gentes tenuere. Marſi, a duce Lydorum, in quibus Aſculum.Precutij,in quibus Hadria ſiue Atria.Veſtini,in quibus Amiterni. Marucini & Peligni, in quibus Curſellum, Orton & Sulmo. Ferentani primum a Liburnis & Dalmatis, inde

his pulſis a Thuſcis orti, quorum lingua Larinũ metropolim vocauerunt, id eſt nobilem principem: Laronem enim Hetruſci & Larunẽ & Arunem vocant nobilem principem. Inde in trãſpadana Larium lacũ, & in Thuſcia Larones amnes, & Arunes coloniae, & viri Arunes, quos Thuſci ſecunda declinatione, Romani & Graeci ſicut Atlas tertia declinant & proferunt Aruntes. A Gargano ad Brunduſium, coluere Celij, Daunij, inde Apuli, Boii, in quibus Arpe, Canuſium, Barium. Sub his Apenninus ex tranſuerſo diuidit in duo fines Italiae, quos inter Tarentinus ſinus iacet, circũque ipſum vndique magna Graecia. Ad orientem vero magnae Graecciae pars eſt Oenotria Arcadum, & Calabri, prius Auſones: ad quos Graeca verboſitas fert veniſſe primam Graecorum claſſem annis ferme quadringentis ante ruinas Troiae: cum Oenotrium ducem Arcadum poſt Troiam conditam adnauigaſſe in Calabriam tradat Antiochus Syracuſanus, & circa oram maritimam poſuiſſe colonias. Et vt parcius mentiantur Graeci, ab eo quondam dictam Italiam Oenotriam ſcribunt: cum ab initio Italiae a vetuſtiſſimo rege Sabinorum & Hetruſcorum, penes quem erat imperium, id nomẽ ſortita fuerit. A Leucopetra ad Sarnum amnẽ vicinũ Neapoli tenuere diuerſi populi, Vmbri, Itali, Samnites, Siculi, Peucini, Picentini, & Hetruſci: quorũ vrbes ſunt Cluſium, Paeſtũ, Elea, nũc Velia. Inter amnẽ Vulturnũ & mõtes Apẽnini Sabelli ſunt, proles Sabinorũ, vt nomẽ eſt argumẽto, a Latinis Sãnites, a Graecis Saunites appellati

A Tiberi ad Sarnum incoluere primi Aborigines,proles Vmbrorũ.Princeps his vrbs vetuſtiſſima Camerena a Cameſe condita, non procul vbi poſtea Alba. Thuſci his admixti. Oſci, qui nũc Capuani. Voloſci, quos vocamus Volſcos, quibus metropolis fuit Anxur, nunc Taracina, Stabia, Antini, Hortenſes, Longhani, Oſcori, Macrani, Nuetini, latine Grauiſcae, Pinceti, Sorani,Ferentinates,Freginates,Sangnini, Tuſculani,Cortinenſes,Vrſentini,Volcentani.

Roma principio ſui paſcua bobus erat.Circũ Tiberim ſeptẽ rupes ſibi perpetuae in Hernico ſuccedẽtes,cauis paruis diſtinctae erãt, ſub quibus alueũ Tiberis quandoque egreſſus paludes in planitiẽ rupibus ſubſidentẽ inferebat. Saturnus primus incoluit Capitoliũ, Italus Auẽtinũ, Roma Palatium,Coelius cum ThuſcisCoelium & Viminalẽ,Romulus Palatiũ, in quo quadratã Romã condidit,etiã Exquilinum tenuit ab excubiis dictũ,quas illi Lucumo dedit more Thuſco duodecim lictorũ,id eſt,trecentorũ armatorum ad cuſtodiã corporis ſimul& dignitatẽ:quia Tacius non erat ſine ſuſpitione inſidae ſocietatis Hetruria,olim Italiae princeps,ab eorũ metropoli regia ſic cognominata, a Tiberi in Macram diffunditur. Gẽs prima illorũ maritima Ligurũ, dicta a filio Phaetontis Ligure, quẽ montani Ligures Pheriton nuncupant.Poſt Tiberina oſtia. Pheregene primum Hetruriae oppidũ in vicino littore,dictũ a Genio Iano,qui primus ibi colonias poſuit:& a Pheritone,id eſt, Phaetonte,qui colonias adiecit, vti in Liguria mõtana,vbi a Ge-

nīl coloniis Genua oppidū:& ab adiectis Pheretianis ibidem colonis amni proximo & regioni Pheretianae nomen reliquit. Primus omnium Graecorum Phaeton & Attica ſoluens, cum Ligure filio, multis aetatibus& ſeculis ante Oenotrium Arcadem colonias adiecit Italico littori, ab oſtiis Tiberinis vſque ad Niceam Maſsilienſium: & in medio portum Ligurnum a filio nūcupans, vltro citroque litus omne liguriam dixit. Verum Hetruſci, & eos ſecuti Romani ab oſtiis Tiberinis Hetruſcum vocauerunt vſque ad caput Hetruriae. Inde Populonium, ab vrbe metropoli Popium, romane Puppium. Poſtremo a Ligurno portu ad Macram, ad cuius fontes eſt Apua oppidum, Apuanos Ligures vocant: Montanos vero omnes Ligures qui a Macra in Nicaeam effunduntur. In montanis Liguribus ſunt portus Herculis Aegyptij. Nam Liburnum in his eſt a nomine ſimul & cognomine illius. Graeci vbicunque nomen Herculis audiunt, putant eſſe ſuum, a nomine ſumentes argumētum, cum tamen ille neque nomine Lybius, a quo deuicti Lybii: ſed Alcaeus dictus ſit: neque dictio Hercules ſit Graeca, ſed Aegyptia: nam illi Heraclio, id eſt, Iunonis gloria, cognomen fuit.

Gens prima Hetruriae maritima eſt. Oppida in his Pheregene, Alſium, Agylla, quae & Caere, a Pelaſgis condita: Pyrgūs Grauiſcae, ab aere dictum: Coſe, Volce, Telamon, ab Argonautarum principe, cum in Hetruriam ad Lucumones profectus Hercules Alcaeus lacum Ciminium effecit, & puella Faula ſubrepta ex Fano ad Euan-

drum

drum perrexit. Vmbro fluuius limes & tractus Vmbrorum, caput Hetruriae, limes Hetruſcorum, Populonium nauium & claſſis Hetruſcorum olim princeps. Volaterrae & vada eius. Piſa condita a Piſis Alpheis Pelaſgis. Luca illuſtris Lucio Lucumone rege Thuſcorum. Lucus & mõtes Feroniani. Luna, Cariara ab Hetruſcis dicta, a Graecis σελήνης Apua in tranſitu Apennini ad fontes Macrae: vnde Apuani Ligures ab Arno ad Macram

A Tiberi ad Ciminia iuga ſecunda gẽs Thuſciae eſt, cognomine a Thuſcis, Larteniana, id eſt, metropolis Eniana. Lartem enim ſummum regum vocãt. Enianum vero vrbis in eo ab Enotanis Pelaſgis condita, quam Veij Hetruſci pulſis Pelaſgis ampliatam a principatu prouinciae ſimul & conditoribus priſcis Lartenianum, Romani vero a genere populi Veiens vocauerunt. Oppida in his ſunt Sabum in Sabatia a Sabo cõditum: Laternianum, cognomine Veiens, Nepeta, Soracte, Phaliſcorum mons Apollini ſacer: Phaliſcanum, Feſcennium, Vmbricum, a priſcis Vmbris dictum Flauianum, Arcennum, Moeſium a quo ſylua Moeſia, Ruſellum, Arae Mutiae, Sutrium, a Pelaſgis conditum, ab inſigni grano dictum, romana ſocietate inclytum. Capina, a qua Capinates, Lacus Ciminius, & Troituum Phaliſcorum, finitimum Hetruſcis

Gens tertia Thuſciae tranſciminia a Ciminiis diffunditur ad Piſtorium. In his Volturrena ſub radicibus Ciminiis iacens, cognomine Hetruria: a qua tres gentes Hetruriae appellantur

Hetruſci,vt a communi metropoli et ager Hetruſcus antea Vmbronus dictus,vbi Vmbri orti. In eo agro Ferētia, Troſſolum,Moeonia Moeonum, Tyrrhena, Volturna, ſub Volturrena, Aruntes veteres,cognomine Camillarii: Longius Blere Oleana,Tuſſa Nana,Lartes oppidum, Salembrona,Cort Noſſa,Cort Enebra, mons Coriti in iugis Ciminiis:e regione mōs Phiſcō,quae et arx Iti: Volſine, Pelii, Oropite Sentinas,Cluſium vetus a pugna ſed a duce Comerſolo:montes Tumniates,Sora,Soana, nō procul Saturnia lapides a Ioue cōpluti in auxilium Herculis cōtra Ligures Hetruſcos gigantes,a filio dicti Lamones:amnis Pelia:mons Pelius. Mons Tumnias Roſelle: Vmbro in monte Sena colonia, Phocenſes,Piſtorium, Vmbro amnis, Stellates, Fluentini, qui et Arnienſes, Cluſium nouum, vnde Cluſentinus tranſitus Annibalis,Aretium: Crotona a Crotone ſocio Herculis condita

Apenninus mōs Italiā in duo ſecat,radices ſub Pennino tranſitu Annibalis in Alpibus a Nicaea ad ipſum ferme Penninū in latitudinē extendūtur,et vſque ad Macrā Ligures montani incolūt: a Macra itē ad fontes Tiberis ad inferum mare Thuſci:ad ſuperum Galli Aureliani & Aemiliani.A fontibus rurſus Tiberis ad Narem Vmbri inhabitant.Principio Typhernū,& in fine Ameria et Tuder ſunt. Galli omnem Vmbriā pulſis Hetruſcis occupauerunt, exceptis Typherno, Eſiſio,Hyſpello,Fulgineo, & vetuſta Veiorum prole quā Veilumbrā,id eſt, Veiā prolē antiquā Vmbrā dicunt, in quibus principes ſunt Spole-

tum, Tuder, Meuania, & Ameria ferme noningentis annis & amplius reſtituta ante Perſicum bellũ, a Veiis Hetruſcis antea cõdita, duce Ameroe, Atlantis Itali ex Pleiona vxore filia. A Nare porro amne vſque ad Equiculos tenent Sabini à Sabo cõditi, Sabatio Sangni gẽtili edito: Inde ad fontes Arni amnis Sabelli, Sabinorũ proles incolũt. Sãgni gẽtilẽ Sabi pronũciant Sabini, Sanctum Romani, Sagã Barbari, a quo & Sagi primi Thuſci, id eſt pontifices & ſacri expiatores. Ex quo patet leuitas cum loquacitate graecanica, qua a Lacedaemoniis ortos ſcribunt Sabinos, et Graeca origine σέβομαι dictos fingunt. Sed Roma tum rudis erat, cum relictis literis & diſciplinis Hetruſcis, mirabunda Graecas fabulas rerum & diſciplinarũ erroribus ligaretur, quas ipſi Hetruſci ſemper horruerunt: neque ob id latinas quidẽ voluerunt ſuſcipere, vſque ad Cecinnam Volturrenum magiſtrum quadrigarũ & augurum principẽ, patrẽ Menippi, & auũ Menodori, quos ante illum pater eius Volturrenus, auus q; Titus, & proauus Turrenus ſemper Romanis principibus chariſſimi renuerunt, cum ad eas recipiendas vrgerentur. Nam ipſe Turrenus patre Elbio Volturreno, & regum Hetruſcorum vltimo ad lacum Vadimonis caeſo, equidẽ ad reddendã vrbem Hetruriã anno ſecundo Olympiadis centeſimae vigeſimae iiij. allici potuit, ſed ad recipiẽdas latinas literas nũquã perſuaderi potuit Palatinum collẽ Roma Itali filia, ſed prius Palatini Aborigines tenuerũt: qui ex agro Rheatino ad paſcua ouibus quaerẽda illo profecti ſunt

Argumento eſt Vellia, Palatini altera pars, a vellenda lana, ante his monſtratam Hetruſcam tonſuram appellata

Capitolium dictum a capite inuento fluente ſanguine, dum Iouini templi fundamenta iaceret princeps Tarquinus. Nam antea Tarpeius a Tarpeia ibi ſcutis Sabinorum obruta, ſed prius Saturnus vocabatur. Sub eo Ianus quadrifons. Quirinus a victoria Lucumonis a Quirino colle mouentis. Quirinalis a Iunone Sabinorum dea, quam illi curitim, id eſt, haſtatam Iunonem vocant. Etenim haſtam Curim & Curinam proferunt: quia his ſimul & Hetruſcis non eſt litera q. ſicut Romanis. Inde Quirites

FINIS.

Q. FABII PICTORIS DE AVREO SECVLO, ET DE ORIGINE VRBIS *Romae, eiuſque diſcriptione* LIBER PRIMVS

ITALIAE imperium penes duos populos principes extitit. Poſterius Romani, principio Thuſci ſub Iano coeperunt in aureo ſeculo. Aurea aetas primo ortu generis humani fuit ſic dicta, quod poſterioribus ſeculis cōparata aeque atque aurum inter metalla eluxit. Eam coepiſſe ſub Ogyge ante Ninum annis circiter ducentis & quinquaginta Xenophō atque maiores prodiderunt. Is Ianus ſub initium au-

rei ſeculi laeuum latus Tiberis Hetruriae tenuit. Cameſes vero ac Saturnus circa finem eiuſdem aetatis dextrum incoluerũt. Ea aetate nulla erat monarchia, quia mortalium pectoribus nõdum haeſerat vlla regnandi cupiditas. Principes quia iuſti erant, & religionibus dediti, iure habiti dii & dicti. Non enim arbitria illorum ab aequo, vel populus a iure innato diſcedebãt. Nullo tũc vindice aut metu, ſed ſua ſponte retinebant fidẽ & rectũ. Pudor ipſe regebat populos, & ius principes. Domus illis non extructae vel ornatae luxuriaque inſignes erant & ſplendidae, ſed vel cryptae, aut viminum tuguria, & caua arborum ligna erant. Victum ſponte naſcentia praebebãt aut in diem victus quaerebatur venatu. Vinum & far primus illos docuit Ianus ad ſacrificia & religionẽ magis quã ad eſum & potum. Primus enim aras, & pomeria, & ſacra docuit, & ob id illi in omni ſacrificio perpetua praefatio praemittitur, farque illi ac vinum primo praelibatur. Vxor illi fuit Veſta, quae prima ſacrorum regina ſempiternum ſacrificiorum ignẽ virginibus credidit. Bella tunc non ignota modo, ſed ne cogitata in mentem venerant. Ad pudorem & ſanctimoniã domorum primus valuas, ſeras, & claues excogitauit & inuenit, et ab eo dictae Ianuae. Olympo regio Hetruriae fanoque ſacrato, duodenis coloniis totidem pomeria araſque ſacrauit, et ad continendum recentes tum colonias in officio aureo, virgas faſceſque ſingulis ſingulas dedit. Vnde ipſe in manu virgã & clauem, ſubque pedibus bis ſenas haras habet. Circa finem

aurei ſeculi primus omnium Ninus rex Aſſyriorum hos aureos mores noua regnādi cupiditate mutauit:& primus limites tranſgreſſus, bella finitimis mouit, & totius Aſiae populos perdomuit. Sub quo Cameſes praefectus fuit Aboriginibus. Et paulo poſt frementibus vndique cōtra ſe armis, toto prius pererrato orbe Saturnus ad Ianum ſe contulit. Eum comi hoſpitio Ianus receptum, Latio & Aboriginibus praefecit. Eo more, quāuis tūc finiētis aurei ſeculi, intra fines ſuos ſeſe quiſq; continuit, Ianus in Hetruria et Saturnus in Latio Tiberimque fines imperii eſſe inſtituit. Intra enim ſuā cuiq; patriā tūc de more regnum finiebatur. Limes igitur erat inter eos Tiberis, arae vero limitū erāt Ianiculū & Saturnia Capitolina. Hetruriā a Ianiculo Ianus, Latiū a Saturno Saturnus cognominauit. Ad radices enim Capitolij Saturnus cōdiderat, vti Ianus Ianiculū. Haec igitur fuit prima Romae origo ad radices Capitoli, vbi tunc paſcua bobus erat.

Facies tunc agri huius inſtar arcus erat, cuius chorda eſſet alueus Tiberis: cornua ad ſolis quidem ortum, rupes Auentina, & ad occaſum Capitolina, media Palatina. Eadem Palatina rupes Tiberim a fronte proſpicit, a ſiniſtris Coelio, a dextris Exquilino iungitur. Auentinus item a fronte Tiberim & Capenam tenet, ad dexteram Coeliolo ac Viminali haeret. Capitolium ante ſe Tiberim & portam Carmentalem cernit: haeret illi Quirinalis. Has rupes antiqui ſeptē colles & ſeptem montes appellauerunt. Area huius arcus eſt quicquid campi iacet inter Auentinum et Capitolium, & a palatio ad Tiberim.

Lybiſſus antea, inde Argeus, poſt vicus Thuſcus dictus. Paludes plures eo paſſim Tiberina inundatio efficiebat, quae hanc aream non ſatis idoneam habitationi reddebant antequam factis Vertumno ſacrificiis in alueum ſuum Tiberis verteretur. Prima igitur origo Romae fuit collis Capitolinus, antea Saturnia dictus. Sequẽs hunc Auẽtinus fuit, habitatus ab Atlante Italo, e Sicilia aducto eo contra fratrẽ ſuum Heſperum in cuius tutela erat Hetruriae imperium adhuc Iano puero, & immaturo ad munera regia & regni. Porro Italus dimicare a Iano & Hetruſcis prohibitus, in Auentino conſedit, ad cuius radices iuxta Tiberim ope atque cõſilio Iani Capenam oppidulũ cõdidit, & regionẽ eius permiſſu Italiam dixit. Mox Heſpero fratre rebus humanis exempto, Italus in tutelã Ianum & Hetruriã ſuſcipiens omnem circa Tiberim regionem, extinctis vltro citroq; aliis cognominibus, a ſe Italiã nuncupauit. Haec eſt priſca Italia: cuius nomen ſenſim ab Alpium radicibus ad fretum Siculum, ac ipſi Siciliae communicatum eſt. Denominare enim, aut imponere gentibus et locis noua nomina, tantum regum ducumque ius eſt. Suſcepto igitur Italus Italiae imperio, tum familiã ſuã Romam nomine Siculis et Aboriginibus in Latio praefecit: quae relicta Capena medium Palatinum tenuit, et in vertice, vbi haeret, Exquilinum, Romã oppidulum cõdidit, quod Valentiã ſonat. Poſt eius obitum ob paludes neglectũ oppidum fuit vſque ad aduentum Euãdri, qui cum oppido ſimul reſtituit nomen. Subſidẽs ſeptem

collibus cāpus Argeus dictus eſt, ab Argo Euādri hoſpite, & comitibus Argiui Herculis qui ad Euandrum venerunt, & in Saturnia ſubſederunt. Hinc extrema Argileta dicuntur. Superior Argiletus dicitur in principio vici Thuſci ſub Coeliolo, inter circum maximum & Auētinum, vbi letum Argi ſimul et ſepulchrum eſt. Imus vero Argiletus eſt vbi Ianus quadrifrons, qui et Vertumnus, in fine vici Thuſci ad radices Capitolii in foro boario, vbi Saturniae veſtigia. Tres igitur colles primum coluere ante Romulum: medium quidem Roma filia Itali, extremos vero Saturnus et Italus

Q. FABII PICTORIS
LIB. II.

DENIQVE Romulus potitus rerum Albanarum, et vſus maxima familiaritate regum Hetruriae, et rex primus ex regulis Italiae creatus in Latio, Romam oppidulum in regiam tetrapolim vertit, inque Palatino colle fundauit. Aſcito enim ex Hetruria vate atque ſacerdote, Olympum fecit, pomeriumque ſacrauit et aratro ab Olympo in vico Thuſco per palatiū circunducens, ab imo collis ad verticem quadratam vrbem ſignauit. In vertice collis haerente Exquilino Romam oppidulum ampliauit, et e regione loco proximo Coelio Velliam extruxit. Caeterum in decliuo ad ima verſus Circum maximum Germaliā fundauit, vbi iuſſu Amulii

fuerunt expoſiti. Hac enim antea labebatur Tiberis. Ab ea autem verſus Exquilias forum Romanum aedificauit. Et ita Romulus ex regulo primus rex a Thuſcis declaratus eſt. Quam rem per occaſionē acceptāMithidrates rex Aſiae pro ignominiaRomanis oppoſuit. quod vernae fuiſſent Thuſcorum. Quarto autem menſe ab vrbe condita, perpetratum eſt audax facinus in raptu Latinarum & Sabinarum. Primi ex Latinis bellum mouerunt in Romulum Ceninēſes, Antennates & Cruſtumini. Romulus auxilio implorato a Thuſcis, cum Coelio rege Hetruriae primum ex his triumphum retulit. Et ob id quartus vrbis collis a Thuſcis habitari coeptus eſt, & Coelius dictus. Subinde Sabini bellum ingens orſi, coegerunt Romulum denuo a Lucumonibus ſocios milites expetere. Galerito Lucumoni Arbeae negocium datum eſt, magna Hetruſcorum exque vrbe Salpinatum manu venit. Qui cum offendiſſet Capitolium captum a Sabinis, ipſe proximum Capitolio Quirinalē pro Romulo muniuit. Verum cum Romulus audax ſub Capitolium Sabinos aggreſſus vulneratus fugeret, illumque ad portam Palatinam ſecuti Sabini Romae potituri viderentur, illico Galeritus e Quirinali delapſus, viamque retro in Capitolium pedem ferendi adimens, vbi nunc Ianus quadrifrons, a tergo Sabinos aggreſſus, vnde fabula eiaculatae aquae ſulphureae eſt, in fugam vertit. Animaduerſa re Romulus reintegratis viribus & ipſe a fronte cedebat, adeo vt Metius in paludē ſeſe cum equo armatus iniiceret.

Caedes ingens fiebat, & ne vnus quidem euaſiſſet, ni foeminae occurriſſent, foedere icto Romulus vrbis agrum diuiſit in partes tris, aequis collibus, Sabinis & Tacio Capitolium & Quirinalis: Romulo ſequentes, Exquilinus & Palatinus, in quo Roma: Galerito & Luceribus Thuſcis Coelius & Coeliolus obuenerunt. Auentinum Romulus neminem paſſus eſt habitare. Nã fratri Remo illum ſacrum eſſe voluit vſque Helernam. Cumque conceſſiſſet naturae Coelius, & Galerius rex Hetruriae ſucceſſiſſet, conſenſu tribuum Coeliolus, & ab eo tota arcus area ſeptem collibus ſubiacens Thuſcis data, & ſacrificio Iano Vertumno facto, egeſtiſque paludibus habitabilis reddita, & vicus Thuſcus dicta. Tribus igitur gentibus conflata principio vrbs Roma habitataque fuit, nomina impoſuit princeps Thuſcus. Nam hi tunc Italiae imminebant imperio. Tacienſes a Tacio, Ramnenſes a Romulo vocauit. Hoc enim nomine illũ ab euentu nuncupauit lingua Hetruſca ex Hetruria oriunda Larentia, & nupta prius viro Thuſco Fauſtulo, & inde Hetruſco Carrutio. Suam vero tribum a ſe Lucerum dixit. Nam alia Trometina eſt, a loco Coelii

Haec origo vrbis Romae ſolum veteris ſepticollis, cum arcus area habitatae, nũc vero ab his collibus in alios colles & conualles in immenſum prolatae. Caeterum nomina eiuſdem veteris Romae haec ſunt. Nomina collium: Capitolium, Quirinalis, Exquilinus, Palatinus, Coelius, Coeliolus, Rumurius, qui & Auentinus. Porro

in area haec nomina ſunt:Libyſſus,Circus maximus , Forum tranſitorium, Argiletus ſuperior, Argiletus imus,Via ſacra,Senaculũ,Concordia, Graecoſtaſis, Aedes Saturni, Vertumnus, qui & Ianus quadrifrons,Forum boarium,Vicus longus,Vicus Arnienſis,Vicus Stellatinus , Sabatinus,Lartenianus,qui & Veiens,Phaliſcus, quorum cognomina a Thuſcis ſunt commigrantibus in ciuitatem Romanam. Item Herculis ara, vbi Olympus,& initium ſacri aerarii iunctim a Germalia ad ſacram viam, vnde & nominis origo.Forum piſcarium,Porta Carmentalis,Aedes Pudicitiae,RotundaHerculis,Forum venalium, Lacus Curtius , Suburra , Suburbanum , Saturnia ,vbi nunc aedes eius atque aerarium. Haec vbi Roma vetus.In parte Romae ſunt Hetruriae loca,Antipolis,Ianiculum , Vaticanum, & Tiberis,limes imperii,Volturreni inter veteres Ianum & Saturnum,qui a principe illius vrbe Volturrena per ſyncopam dictus eſt Volturnus , & ob id Thuſcus non Latinus. Quod vero Vulturnum ſine ſyncopa & compoſitione primitiuum eſt nomen, notat fluuium in Sãnio , & oppidum Romanum in littore,a quo Vulturnus deus Tiberinus in Latio , ſicut & Volturnus vt caput imperii in Hetruria.Quam ob rem deum Tiberinum ſuum dicit eſſe Roma atque Hetruria , eundem & Ianum Vertumnum , & ab his dictum Vadymona

C. SEMPRONIVS DE DIVISIONE *Italiae, & Origine Vrbis Romae*

VNIVERSA Italia a iugis Alpium oritur, & in Leucopetram fretumq; Siculum terminatur. Cingitur ſupero & infero mari, & ſecatur Apennino, qui a iugis Alpium ortus, per mediam Italiam a Liguribus ad Anconam porrectus, inde paulatim vſque Venuſiam reflexus, ibi ex tranſuerſo diuidit Italiam, ex altera parte Brunduſium, altera Veliam attingens, circum ſinum Tarentinum, quem Auſones primum, inde Aborigines Graeci poſt Oenotrium Arcadem tenuere: a quibus Magna graecia nuncupatur, in qua ſunt Oenotrii, Calabres, Salentini, Magna graecia, atque Brutii. Porro antiquitus Italia in medium Apenninum, & in ciſapenninum ad inferum mare, & in tranſapenninum ad ſuperum pelagus, & in alpes a Rhetiis ad Ligures diuidebatur

Diuiſio Alpium

Alpes ipſae tribus partitionibus ſecantur: prima Ligurum, quod ab eis oriantur. A Nicaea ad Poeninum ſequens, ab eo ad Ocram montem. Poeninus dictus a tranſitu Hannibalis. Tertia Tauriſana vſque in Hiſtriam. Omnibus alpinis, exceptis Liguribus, notiſſima origo Hetruſca eſt, praecipue Rhetiis

De Apennino

Apēninus diuiditur in Ligures mōtanos, Apuanos, Vmbros, Sabinos, Sabellos, Hetruſcos. Li-

gures dicti ſunt a Ligure Phaetontis filio, qui omnium primus multis ſeculis ante Graecos ex Attica colonias in Italiam tranſportauit, adiecitque atque miſcuit antiquiſſimis Italiae populis, ab oſtiis Tiberinis vſque Nicaeam. Hinc veteres omnem maritimam dixerunt Liguriam. Itaque pars Apennini a Nicaea ad fontes Macrae Ligures montanos alit, quibus origo eſt a Genio & Ligure. A fontibus vero Macrae ad fontes Tiberis Apenninũ colunt Ligures Apuani, Hetruſcis orti, cognomines veteribus Gallis, vt M. Antonius prodit. Portionẽ vero Apennini a fontibus Tiberis ad Nar inhabitant Vmbri, prima veterum Gallorum proles, vt Auguſtus ſcribit. Ab amne vero Nare vſque ad fontes Silaris montes tenent Sabini, quibus Saga eſt origo. Nam Sangni gentilis Sabi fuit. Hi paulo ante ruinas Troiae diſciplinas Hetruſcas didicere, & ius diuinum & humanum a Megale Thyrrheno perceperunt. Rurſum a fontibus Silaris ad fontes Volturreni & Sarni Sabelli, proles Sabinorum, incolunt, quos Romani Samnites, Graeci vero Saunites vocant. Portionem vero Apennini a fontibus Sarni vſque ad magnam Graeciam Thuſci tenuerunt, & reſiduam Graeci. Hactenus de diuiſione Apennini & Alpium & origine habitantium in eo

De diuiſione planae Italiae

Ciſapenninam Italiam flumina diuidunt, & itidem tranſapenninam. Padus amnis Galliam ciſalpinam primo diſcreuit. Ciſpadanã omnem miſſis coloniis tenuere Thuſci. Doria Thuſco-

rum prima familia incoluit principio ab Aſca colonia vſque Parman, a qua & fluuius Doria, & regio prius Doria nunc Aemilia. A Parma item ad Bononiā Bianora a duce, nūc Aurelia, Flaminia item a Bononia ad Rubiconem amnem, antea Felſina a principe Hetruriae, miſſis coloniis Lamonibus a Rubicone ad Anconam. Senonum Gallia Togata dicitur, ab his qui duce Arunte primi in Italiam tranſcenderunt Alpes, a quibus ſenſim pulſi Hetruſci a Ciſpadana & Tranſpadana regione, quae nunc Galliae nomen habet. Et quidem omnem tranſpadanam regionem Thuſcorum prolem fuiſſe inter omnes autores conuenit, manentque veſtigia vrbs Mantua, Lacus Hetruſca origine dictus Larius, quod a patriciis Volturrenis omnia ea lota principio poſſeſſa fuerint vſque Veronam. Hinc circa Larium lacum a principibus dicta vallis Volturrena, & Verona a Vera Thuſcorum familia, & ab Atria eorundem colonia fluuius Veronae argumenta ſeruanti. Nam vſque Atrianum fluuium, qui limes eſt Volturrenorum & Venetiarum, tenuere Hetruſci, & Venetias principio quidē Phaetontei, poſtea Troiani eiſdem mixti coluerunt. Haec de tranſapennina Italia, & Apennino mōte inter autores conueniunt

De Tranſalpina Italia

Tranſapennina vero ad inferum mare veteres ita partiti ſunt per amnes. A Nicaea enim ad Macram tenent Ligures montani, origine Phaetō-

tei. A Macra item ad Arnum & portum Ligurnũ incolũt Hetruſci, cognomine Ligures Apuani. Quos ſequuntur Ligures Hetruſci Populonii, a Ligurno portu ad caput Hetruriae. A quo ad Tiberim ſunt Hetruſci Ligures Tyrrheni, in quibus ſunt campi compluti lapidum, clari pugna Herculis, adhuc Lamones dicti ab ipſius Herculis filio Lamone. Pari forma ab vltima Italia in Tiberim Romamque percurrendo, a Velia ad Silarim fluuium Lucani, a Samnitum duce Lucio orti, tenent. Ab eo ad Sarnum amnem Picentini habitant. A Sarno vero ad Volturnum fluuiũ incoluerunt Cumani, quos ab agro nullis viribus Hetruſci, quamuis toti Italiae imperitarent, potuerunt dimouere, aut in poteſtatem redigere. A Volturno amne ad Silarim Hetruſcorũ vetuſtiſſimus ager fuit, in quo prius Oſcã dictam, poſtea Capuam condiderunt. A Lyri autẽ vſque Tiberim Saturnus cum priſcis Aboriginibus fuit, origine ab Vmbris & Cameſenis editis, vbi eſt mons Capitolinus, aureo ſeculo a Saturno habitatus, vbi & nunc aurea Roma terrarum caput. Quam ob rem parum conſiderate quidã ſcribunt, Romã poſtremis ac nouis ſeculis a Romulo conditã, & appellatã atque coeptam, cum nullum ex his tribus verũ apud maiores inũeniatur memoratum, ſed ſint ab eis contraria prodita. Non enim Roma a Romulo nomẽ habet, quippe quia geminis non Remus & Romulus nomina poſuit Fauſtulus Hetruſcus & regius paſtor, ſed Rumulum & Rumen illos ab euentu

appellauit, quae ſunt nomina Hetruſca. Alioquin Romae nomen,& nominis origo vulgata eſſet atque manifeſta, quae occulta eſſe ſaluberrima religio ſanxit, ne ſi origo nominis Romae clareſceret, eius deus in cuius tutela Roma eſt, & a quo deriuationem habet, gentibus pateret, & euocaretur vt caeteri. Quam ob rem & Angerona ſilentii dea ante Iani feſto dies colitur prae foribus, vt ne cui liceat illud palam efferre, quod ad ſalutem reipublicae veteres ore obſignato intra pectoris arcana voluerunt contineri: cuius violatae regionis poenas primus luit Soranus. Non igitur a Romulo Roma, ſed e cõtra ab ipſa potius Roma, cuius adeo eſt occulta deriuatio, Romulus nomen habuit, quae ante ipſum Romulum coepta legitur coli annis paulominus octingentis ab Italo in Auentina Capena, & filia eius Roma in Palatino colle, & ante hos pluſquam trecentis annis aureo ſeculo a Saturno, vbi nunc Saturni aedes ad radices Capitolini collis. At Romulus ſolum ex oppidulo Roma in Pälatino colle quadratam & regiam reddidit, cuius quatuor portiones erant, Roma, Velia,[a] Germalia, vbi ficus Ruminalis, & aedes Rumuli, a dei occulta deriuatione poſtmodum Romuli. Condidit autem eam accitis amicis vatibus Hetruſcis, qui foſſa, vbi caput Cẽtauri eſt, pomerioque ad prudentis vatis auſpicium ſacratis, circum Palatinum collem ſacro aratro cingi iuſſit xi. calendas Maias, horam inter ſecundam & tertiam, Sole in Tauro, Luna in Libra, Saturno Venere Marte Mercurio in Scorpione,

[a] Plutarch. Cermonũ vocat in vita Rom.

pione, & Ioue in Piſcibus, vt tradit Lucius[a] Carrutius mathematicorum peritiſſimus. Sunt qui tradant illam conditam XII. Olympiade. Placet aliis octaua. Septima quibuſdam. Sexta cõpleta nonnullis. Praeualet omnibus his Eratoſthenis inuicta regula, vt aiunt. Sed cum Pomponius Atticus coram ſenatu atque doctiſſimis viris cõferret Graecorum certiſſima tempora, compertum eſt quod ab Aenea, & Troia exciſa, per tempora regum Latinorum vſque ad Romulum regem iam creatum fluxerunt anni circiter triginta & quadringenti. Quare haud dubie condita eſt Roma Olympiade ſeptima, aut eius anno ſecundo. Condita autem fuit primum in monte Palatino. Inde Sabinis & Thuſcis in foedera coeuntibus, incoluerunt Sabini quidem Capitolium & Quirinalem, in quo Numa poſtea habitauit: Romulus & Ramnenſes Exquilinum, Palatinum, & Coelium: Thuſci Luceres Viminalem, & ſubſidentem conuallem vſque ad aedem Saturni, & radices Capitolii. Remo fratri Auentinus aetate Romuli manſit. Haec ſunt[b] verae tam priſcae Italiae quam vrbis Romae antiquitates & origines, quibus quoniam plures Graeci poſtremis temporibus in Italiam commigrantes commixti fuerunt, ob id a ſe principio emanaſſe Italiam falſo exiſtimauit graeca tum leuitas tum fabuloſitas. Quis enim ex antiquiſſimis non ſcribit a Iano Ianiculum, & Hetruſcos veteres Gallos conditos? Et tamen plures Graecorum tradunt a Tyrrheno Lydo, qui fuit nuper, poſitos

[a] Taruntius alias

[b] fere

Quinctiam & Tyrrhenam Thuſcorum regiam non puduit eos Romam aſſerere: Tanta videlicet imprudentia cum morum iactantia eſt, vt omnium gentium & imperiorum atque vrbium praeclariſſimarum ſe conditores eſſe apertis ſaepe mendaciis conſcribant

MYRSILII LESBII DE ORIGINE ITALIAE ET TYRRHENORVM LIBER

ITALIAM coluere Graeci, Arcades, Veneti, Ligures, Ardeates, Rutuli, Siculi, Pelaſgi, Iapyges, Lacedaemones, Salentini, Pelii, Oeniani, Achaei, Oropitae, Pylii, Piſi, & eiuſcemodi. Horum primus Oenotrius Arcas cum Peucino fratre colonias tranſportauit, vbi habitabant tunc dicti Auſones, vbi nunc Oenotria regio eſt e regione Peucinorum. Haec fertur prima colonia ex Graecis, paulominus quindecim aetatibus ante ruinas Troiae

Tyrrhenis originem quidem ſuſpicantur fuiſſe a Lydis. Exiſtimant enim Aty regi Maeoniae, prognato Hercule & virgine Omphale, filia Iardanae reginae Maeonum fuiſſe geminos Lydũ & Tyrrhenum, cum regnum neque duos caperet, & neque terrae ſterilitas ingentem multitudinem pateretur, ſorte Atys iacta Lydum ſucceſſorem deſignauit, Tyrrhenum vero cum maiore parte populi ad quaerẽdas nouas ſedes foras abire iuſſit. Is in ſeptentrionalem Tiberis partem veniens, eiuſque totam medietatẽ a fon-

tibus vſque ad locum vbi erat priſcis Vmbris habitatio, tenuit, & cum eis conſedit & cohabitauit, & vrbes dictas hactenus Maeonias & Tyrrhenias aedificauit. Sed hi aperta mendacia fingunt: nam de gentis antiquitate & origine magis creditur ipſi gēti atque vicinis, quam remotis & externis. Magis igitur creditur ipſis Lydis & Tyrrhenis, atque his vicinis Romanis, & qui cōſentiunt in eorum patria hiſtoria & origine, quā quibuſuis aliis quamuis alias eruditiſſimis. Caeterum quaecunque hi patrii hiſtorici dicūt, aduerſantur ſupradictae traditioni de Tyrrheno Maeone. Etenim Xanthus Lydus in patria hiſtoria nullum Tyrrhenum Atym fuiſſe ſcribit, ſed geminos Lydum & Torebum, a quibus Lydos & Torebos in Aſia populos eſſe tradit: in nullo penitus differentes, niſi quadam prolatione, & quidem parua, vt Dores & Attici. Quis ergo ex Lydis hiſtoricis Tyrrhenum filium Atyos & fratrem Lydii miſit in primam medietatem Tiberis, vbi antiquiſſimis Vmbris fuit priſca habitatio? Quum etiam quod tradit de bello Pelaſgico Xanthus, aſſerit Pelaſgos antiquiores Aty aggreſſos bello Thuſciam, quae quondam Vmbria dicta eſt, occupaſſe [a] Crotonem, inde Tiberinam regionem inuadentes etiam ipſam Tyrrhenam cepiſſe, & cum Tyrrhenis cohabitaſſe, & ab eis plurimam militarem peritiam didiciſſe, praecipue nauticam, qua tunc toti orbi erant admirabiles. De quibus fabulatur Graeci, quod in Delphinos verſi ſint, qui nauibus alludunt, & his ſocii fiunt. Re enim vera tunc Delphini ob

[a] Taraconem Strabo nominat lib. v.

ribus,nedum ab aliis Italiae populis, ſed etiam a vicinis Crotonienſibus & Peruſinis a fronte, & a proximis Phaliſcis a tergo,quos inter medii iacent.Nam cunctis Thuſcis dii deaeque ſunt Iupiter & Iuno:Soli Tyrrheni colunt Ianū & Veſtam,quos lingua ſua vocant Ianib Vadymona, & Labith Horchiam. Ipſi quoque Romani fatētur Hetruſcos eſſe vetuſtiſſimos,& aureo ſeculo natos,aquibus aras,ritus,diuinationes,colonias & diſciplinas habuit priſca Italia, initio ſumpto a prima eorum tetrapoli dicta Hetruria, a qua illos Romani Hetruſcos cognominant. Non eſt igitur aduerſariis vlla via,qua probent eos Tyrrhenos a filio Atyos habere vel nomen, vel originem : ſed id nomen deſumpſiſſe a Turſibus. Quod ſi etiā ab hos venit Torebus filius Atyos, vtique non ab eo aduena nominati ſunt Tyrrheni indigenae,ſed econtrario ab eis Torebus fuit cognominatus,Tyrrhenus a Graecis. Igitur etſi totam Italiam coluerintGraeci,vt noſtri tradūt, ex ipſis tamen Lydis &Tyrrhenis viciniſque Romanis falſā eſſe oſtendimus, quae contraria his de Tyrrhenis multi,vt diximus,conſcripſerunt

FINIS

CONIECTVRAE. QVAEDAM IO. OPSOPOEI. IN. IVL. FRONTINI Lib. De Coloniis.

P.3,9. Legendum videtur, *Abellinum muro ducta colonia lege Sempronia.* Plinius lib. III. cap.v. *Oppida Abellinum, Aricia* &c.

v.14. Nihil reperio quod propius ad *Acerias* accedat quam oppidum *Acerrae,* quae Vafriae cognominabātur, teſte Plinio cap. XIIII. lib. III. & olim, vt Feſtus ſcribit, inter praefecturas referebantur

v.30. Poſt *ducta,* aut interiice vocem *colonia,* aut eandem ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ſubaudi

v.32. Forte, *ducta colonia iuſſu Druſi Caeſaris,* vt ſequitur in *Calagna*

P.4,2. In *Abella* aliquid deſideratur, populo ſcilicet debeatur ne iter nec ne

v.5. *Affile* nuſquam inuenio. neſcio an *Alfelle* ſcriptum fuerit, vnde Alfellani Italiae populi apud Plinium cap. XI. lib. III. quemadmodum ab Allife Allifani dicti ſunt

v.14. Vir clariſſ. Cl. Puteanus in libro ſuo, ex quo hic expreſſus eſt, delet negatiuā *non*: recte, eſt enim auctoris verbis & menti plane contraria. Eadem inepte inculcatur poſtea in *Capua* & *Caudino* coloniis. vide pag. 31,5

v.21. Mallem ſine pūcto legere, *lege Iulia milites ded.*

v.27. Hic deeſt vel pedum numerus, vel *non debetur*

v.32. Sic diſtinguendum putat Cl. Puteanus, *Capua muro ducta colonia Iulia Felix* &c. vt paulo ante, *Beneuentum muro ducta colonia Concordia*

P.5,5. Ad oram emendatum eſt, *a Sulla Felice.* fort.

leg.eſt, *Cap. Iuliae Felici.* nam coloniam Capuenſem dictam eſſe Iuliam Felicem hic ipſe auctor teſtatur. Haec Puteanus

v. 10. Forte, *adiudicatum*, vt *oppidum* referat.

v. 25. Inter Italiae populos licet Caſtrimonienſes numeret Plinius, mallem hic tamen *Caſtrum nouum* quam *Caſtrimonium* legere; quod Liuius, Florus, & Paterculus Caſtrũ nouũ colonias deductas ſcribunt

v. 29. Vitiatum eſt huius coloniae nomen. Legendum forſan ex Plinio, *Cernete Mariana.* eius verba cap. v. lib. III. ſunt, *Capitulum, Cernetum, Cernetani qui Mariani cognominantur*

P. 6, 1. Legunt alij *Collatia* pro *Cadatia.* Deliberandum tamen, an *Caedicia* ſcribendum ſit. eſt enim antiqua inſcriptio quae fert, COLONIS. SENVISSANIS. ET. CAEDICIANIS

v. 6. Plinius xv. lib. III. commemorat Forum Popilij. Male hic ergo *populi* ſcribitur

v. 11. Lubens legerem *ager eius praemio militibus pro parte*, &c. ſed haec mera eſt coniectura

v. 13. Apud Paterculum lib. I. ſcribitur *Fabrateria*: & Plinium cap. v. lib. III. *Fabraterni Veteres, Fabraterni noui*

v. 31. Puteanus arbitratur *militis merito* legendum eſſe pro *militi mentitio*, vt paulo ante habetur

P. 7, 1. Onuphrius legit, *Laurolauinium lege et cõſeratione veteri manet. ager* &c.

v. 8. Idem legit *Lanuuium*, deinde *Auguſteis*, mox *Auguſtana*

v. 14. Scribendum forte & interpungendum ſic, *Ligures Baebiani & Corneliani muro ducti* III. *virali lege. iter* &c. Plinius cap. XI. lib. III. *Ligures qui cogno-*

minantur Corneliani, & qui Bebiani

v. 17. Scribe *deducta a C. Caeſare.*

P. In plurali a probatis quibuſque auctorib. *Puteoli* vſurpatur. Plinius lib. III. cap. V. *Puteoli colonia, Dicaearchia dicti*

v. 29. Lege *limitibus Sullanis*

P. 9, 2. Rectius ſcribetur *Sueſſa Aurunca.* Aurunci Latii. Arunci Baeticae populi fuerant. Liuius lib. IX. *Sueſſa Auruncorum fuerat*

v. 30. Forte reponendum *limitibus Auguſteis in nominibus eſt aſsignatus.* ita ſcribitur paginae ſequentis verſu primo. Sed & milites Auguſteos fuiſſe ex ſuperioribus colligi poſſet, vbi inquit pag. 5, 20. *iuſſu Caeſaris Auguſti militi nominis ſui eſt renouatus.* niſi quis hic quoque tranſpoſitis literis *limiti* ſcribat.

P. 10, v. 8. Onuphrius legit *extructum*, pro *exſtinctum*

v 29. Pro *Athenas*, ſufficio *Atinas.* Lucanorum populi mediterranei ſunt Atinates, Bantini, Eburini, Grumentini, Potentini &c. Plinio auctore

v. 31. Leg. *Gracchanis.* & v. 32. ita diſting. *in Oriente, Kardo in Meridiano*

P. 11, 6. Non dubito quin verum ſit, *Ager Conſentinus:* quia Brutiorum opidum Conſentia eſt, non Conſtantia

P. 11, 26. Infra p. 32, 5. ſcribitur *Eclanenſis.* Vtrobique erratum reor, & ex Plinio *Aeculanenſis* reſtituendum. ſunt enim Aeculani populi Apuliae, cuius agri hic deſcribuntur

v. 22. Rectius habebit locus, ſi legas, *Item Hordona, Auſculinus, Arpanus, Collatinus, Sipontinus, Salpinus,*

& qui circa montem Garganum ſunt, centuriis quadratis in iugera N. CC. lege Sempronia & Iulia. Et haec lectio ex pag.31 & 32.confirmari poteſt, vbi *Ardona* legitur. Malim ego *Hordona.* vnde Hordonienſes apud Plin.lib.111.cap.xi

v.27.Scrib. *& decumanis eſt* &c

P.12,2.Primum verba haec, *iter populo non debetur,* repetita ſunt ex fine prioris periodi: deinde iſta, *legito Hyginum de conſtit. limitum,* ſunt a librario. Caetera confer cum iis quae extant pag.32,21

v. 13. Vox *corros iones* videtur corrupta. nam qui de agrorum limitibus ſcribunt, *ſcorofiones* ſeu *ſcorpiones* lapidum congeries vocare ſolent

P.13,25.Leg. *vt infra monſtraui,* ita corrigente Puteano

P.14,12.Scribe, *per Kardines.* Mox Onuphrius legit, *lim.cent.fuerat aſsignata,* & ſtatim, *numeris vncialibus termini ſunt conſtituti*

v.28. Doctiſſ. Puteanus emendat, *diſtant a ſe,* pro *id eſt aut a ſe*

P.15,29.Lege, *fecerunt gammatos*

P.16,5.Plin.lib.111.cap.v. *Grauiſcae*

P.19,20. Recte in ſuo libro Puteanus *vbertatis* reponit pro *libertatis.* ſed & *aeſtimio* ſcribendum erit, vt legitur infra pag.32,28

v.30.Puto haec, *alii ceſſa,* diuerſae lectionis indicandae cauſa inſerta fuiſſe

v. vltimo, Ita legitur in fragmento de agris adſignatis; *Ager qui a fundo ſuo tertio vel quarto vicino ſitus eſt, in iugeribus iure ordinario poſsidetur, ſicut eſt Interamna Palaeſtinae Piceni*

P.20,7.Emenda,*Ager Firmopicenus lim*.&c.*per iugera ducena eſt aſsignatus*

v.17. Scribe, *& palis ligneis ſacrificalibus*: & v. 20. *& riuorum tenor*. Sunt haec,vt & praecedentia pleraque,fere deplorata:nonnulla tamen curari poterunt ex fragmento quod Frontino ſubiecimus, de agris aſſignatis & conſtitutionibus limitum

P.25,15.Repone,*ſpatulas curſorias*

P.26,17.Pro *Ecicylanus*, lego *Aequiculanus*.errati cauſa fuit vitioſa pronuntiatio

P.27,2.ex Plin.forte ſcrib. *Ficulenſis*, vel *Ficolenſis*

P.28,12.Rectius *Oſtienſis*,vt eſt ſupra p. 8,5

P.30,26.Bouianum inter colonias recenſetur ſupra 4,21.& Plinius lib.III.cap.XII.*Colonia Bouianũ Vetus, & alterum cognomine Vndecumanorum*

P.31,9.Plinius ibidem ſcribit *Hiſtonium*

v.28. Arpe Apuliae oppidum. *Arpanus* igitur, non *Aſpanus*, hic ſcribemus, eo modo quo ſupra p.11,22

v.vltimo:Plinio dicitur *Compſanus*

P.33,7.Fere vbique in hoc tractatu *o* pro *u* vſurpatur:vt *Brondiſinus, Botontinus, Rodinus, Ydrontinus*: cum vulgo per *u* proferantur, *Brundiſinus, Butuntinus, Rhudinus, Hydruntinus*. Plinius lib.III.cap.XI. *Baſta oppidũ & Hydruntum*. Deinde *Pediculorum oppida, Rhudiae, Egnatia, Barion*. Et ſub finẽ capitis, *Calabrorum mediterranei, Argentini, Butuntinenſes*

P.55,25.Leges rectius, *tũ filiã ſuam Romã*. in fine nãque libri primi expreſſe id notatur, *Roma filia Itali*

FINIS.

IN. IVL. FRONT. DE. COLONIIS, ET RELIQVA OPVSCVLA.

A

Abella 4,2
Abellino 3,9
Aborigines 47,1
Acerras 3,14
Acerrani 34,12
Adrianus ager 22.28. 28.16
Adteiatis oppidi ager 23.3
Aeclanenſis ager 11.16
Aelia Capitolina colo. 37.9
Aemilia Gal. 44, 28.62.3
Aerarium ſacrum 59.10
Aerarium Saturni 59.14
Aeſernia 4.12.34.31. *vide* Eſernia
Aeſulum 35.1
Affile 4.5
Agrippinenſes 40.12
Agylla 48.27
Alatrum 3.24
Alba 34.17
Albenſis ager 23.31
Albula 43.16
Allana lex 21.2
Allife 4.10
Alpes coloniae 43.19
Alpium diuiſio 60.21
Alſium 35.1.48.28

Alternenſis ager 20.12
Ameria 50.27.51.1
Amerinus ager 19.17
Amiterni 45.30
Anagnia 3.32
Ancona 45,19
Anconitanus ager 20.13. 23.28
Angerona ſilentii dea 64.7
Antianus ager 30.24
Antini 47.7
Antiochus Syracuſanus 43. 4.46.20
Antiochenſes 40,17
Antiochenſiũ colonia 40.28
Antipolis 59.17
Antium 3.12
Anxur 47.6
Apamena colonia 37.17
Apennina 43.5
Apennini montes 43.17. 46.11.60.7
Apennini incolae 60.30
Apis 43.3
Apua 48.14.49.8
Apulenſis colonia 37.14
Apuli 46.10
Apulia prouincia 11.15.32. 24

Aquileia 35.16
Aquinum 3.3
Arae Mutiae 49.23
Arcennum 49.22
Ardea 4.8
Ardona 31.28
Aretium 42.23.50,19.*vide* Arretium.
Argeus 56.1
Argeus campus 5 1
Argileta 56.4
Argiletus ſuperior & inferior 56.4.7.59.2
Aria 45.2
Aricia 3.30
Aricini 34.4
Ariminum 34.28. 45.16
Arina 3.30
Arnienſes 50.17
Arnlenſis vicus 59.6
Arpanus ager 11.21
Arpe 46.10
Arretium 14.10.*vide* Aretium
Aruns Cluſinus 44.20
Arunes coloniae & viri 46.6
Aruntes 46.8
Aruates Camillarii 50.5
Aſculanus ager 20.15.23.10 28.9.19.22
Aſculum 45.29
Aſpanus ager 31.28
Aternenſis ager 24.11
Aternus ager 29.28
Athenas 10.29
Atina 3.21
Atria. inde Atriaticum mare 45.14.30
Atrianus fluuius 62.22
Attella 3.19
Atys Ianus 42.18,20
Auentinus collis 54.26.55.8.58.7.32
Aurea aetas 52.26
Aurelia Gal. 44.28.62.4
Auſcelinus ager 11.21
Auſculinus ager 31.22.29
Auſones 46.15
Auſtranũ territorium 12.4
Auxim. ager 23.26.28.12
Auximum 35.19

B

Bararium 46.10
Barcenonenſes 40.10
Beneuentanus ager 11.13
Beneuentum Concordia 4.15.5.10.34.28
Bergomum 45.6
Berytẽſis col. 36.26.40.5.14
Bianora 44.27.62.4
Blere Oleana 50.6
Bobianus op. 30.26.32.31.10

Boii 43,25.46,10
Bononia 35,13.44,31
Botontinus ager 33,7
Bouianum 4,21
Bouilla 4,25
Britinorum prouincia 11,2
Brondrjinus ager 33,3
Brunduſium 35,3
Buxentinus ager 11,4
Buxentum 35,19

C

Cadatia 6,1
Caecinna Volturrenus 51,20
Caelinus ager 33,7
Caere 48,27
Caeſarienſis colonia 37,8. 4?,20
Calabri 46,15
Calabria prouincia 12,1. 32,24
Calagna 4,28
Calatia 5,4
Calis 5,17. *vel, Cales* 34,7
Cameſena 42,32
Cameſenae duae 42,25
Cameſes 41,18,42,24, 32.53,2.54,5
Camerena 47,3
Camerinus ager 27,17. 28,4.14
Campanus ager 11,10
Canuſinus ager 11,20.31, 30
Canuſium 46,10
Capena op. 55,14
Capenus ager 26,8
Capina 49,25
Capinates 49,26
Capitolium 42,26. 52,4.54,28.58,30
Capitulenſes 40,23
Capua 4,31.5,5. 63,18
Capuani 47,5
Capis colonia 14,30
Cariara 42,21. 49,7
Carmeianus ager 32,2
Carmentalis porta 54,29. 59,12
Corſeoli 34,18
Carſeolis ager 25,3
Carthago 35,32. 40,28
Caſentium 26,5
Caſentium 4,28
Caſinum 5,21
Caſſadrenſes 40,25
Caſtellenſe municipium 25,19
Caſtranus ager 20,11. 25,14
Caſtrimonium 5,25

Caſtrum 34.30
Caudinum 5.8
Centauri caput 64.28
Celii 46.9
Cereate Marina 5.29
Ciliciji termini 24.1.11
Cingulanus ager 25.25 29. 17
Circus Maximus 59.1
Clibes 30.31
Cluſentinus tranſitus Hannibalis 50.19
Cluſium 46.29. *nouum* 50. 17. *Vetus* 50.9
Coeliolus 58.7.12.32
Coelius mõs 57.15.58.7.31
Collatinus ager 11.22
Collium Vrbis Romae nomina 58.30
Coloniae a Iano poſitae 42.19
Comenſes 43.23
Comſinus ager 31.33
Comum 45.6
Concordia col. 44.15.59.3
Conlatinus ager 32.2
Conſiline 10.29
Conſtantinus ager 11.6
Corfinius ager 26.1. 12. 31. 1.14
Coronium 15.5
Cort Enebra 50,7
Cort Noſſa 50.7
Cortinenſes 47.10
Coryti mons 50.7
Coſe 48.29
Coſſa 34.24
Cremona 35.6
Crotona 50.20
Cumae 5.13
Cumani 63.13
Cuprenſis ager 20.11. *vide* Cyprenſis
Curis, i. haſta 52.11
Curium Sabinorum ager 24. 13.27.3.29.26
Curſellum 45.31
Curtius lacus 59.14
Cyprenſis ager 25. 16. *vide* Cuprenſis

D

Danubii etymon 43.8
Daunii 46.9
Dertona 36.1
Dienſes 40.25
Doria familia & regio 61.32
Dunos 6.3
Dyrrhacheni 40.24
Dyrrhachium colonia 40.5

E

Eberdona 11.21
Ecicylanus ager 26.18
Eclanenſis ager 32.5
Elea 46.29
Emeretenſis colonia 40.8

Emiſena colonia 37.3
Emiſenorum ciuitas 40.18
Eporedia 36,5
Eratoſthenes 65
Eſernia op. 31,6. vide *Aeſernia*
Exquilinus collis 58,5,31

F

Fabia lex 21,2
Fabrateria 35,29
Falerionenſis ager 20,22. 27.7,17.28,1
Faliſca 15,10
Faliſcorum ager 15,24
Faneſtris fortunae ager 27,15,20
Felſina 44,28,29.62,6
Ferentani 45,32
Ferentia 50,3
Ferentinates 47,9
Ferentinenſis colonia 14,22
Ferentinum 6,10
Feroniani montes & lucus 49,6
Feſcennium 49,21
Feſulae 42,19
Ficilienſis ager 27,2
Fida Tuder colonia 13,28
Fidenae 26,32.30,18
Firmopicenus ager 20,7. 27,4
Firmum 34,30
Flaminia Gallia 45,16. 62,4
Flauianum 49,22
Florentina colonia 13,15
Florentinus ager 12,31.13,28.19,1
Fluentini 50,17
Formiae 6,21
Formiani 34,9
Foronouanus ager 26,22. 27,6.28,6.29,5
Forum boarium 59,5
piſcarium 59,12
Forum populi 6,6
Forum tranſitorium 59,2
venalium 59,13
Frabateria 6,13
Fregellae 35,1
Freginates 47,9
Fruſinone 6,15
Fundani 34,9
Fundi 6,17

G

Gabii 6,25
Galeritus Lucumo 57,19
Gallia Aurelia & Aemelia 44,29.50,26
Gallia ciſalpina 44,23. *ciſpadana* 44,27. *togata* 45,19.62.8
Garganus mons 11,23. 45,26

Genua 48,1
Genuſinus ager 33,7
Germalia 56,32.59,11. 64,25
Graecia magna 46,14,60, 15
Graecorum vanitas 41,3 44,1.51,11
Graecoſtaſis 59,4.
Grauiſcos colonia 16,25. *rectius Grauiſca, vel Grauiſcae* 35,16.47,8.48, 28
Grumentine 10,30

H

Hadrianus ager 20,22
Hadriaticum mare 45,5
Hebes 24,29
Hellanicus 43,7
Helipolitana colonia 36,27
Hercules, dictio Aegyptia 48,24
Herculis aedes rotunda 59, 13. *ara* 59,9
Herculis Aegyptii portus 48,19
Herodotus 43,8
Heſperia 43,11
Hetruria 47,23
Hetruria tetrapolis 68
Hetruſcus ager 50,1
Hetruſcus portus 48,10
Hetruſci 46,28.61,24
Hetruſci Ligures Tyrrheni 63,5
Hiſtria 43,25
Hortenſes 47,7

I

Ianicula 42,30
Ianiculum 42,18,54,15. 59,17
Ianuae 53,26
Ianus 42,1.52,32.54,8
Iani inſtituta & inuenta 53,16,24, *vxor* 53,21
Ianus Vadymon 68, *Vertũnus* 59,28 *quadrifrons* 52,8,56,8.57,27.59,5
Ignatinus ager 33,7
Inſubres 44,20
Interamne 6,29.30,1,34, 15
Iohanus ager 31,11
Iſtoniis colonia 31,9
Italia 41,6.55.14
Italia priſca 55,20
Italiae diuiſio 43,17.60,1. *imperium penes quos* 52, 23. *incolae* 66, *nomina* 42,29
Italiae planae diuiſio 61, 27. *tranſalpinae diuiſio* 62, 28
Italus 55,12

Iti

Iu arx 50.9
Iulia Felix 4.31
Iunonia colonia 15.10

L

Lacus Ciminius 49.26
Lamones 50.13.63.7
Laodicena colonia 36.30
Laodicia 40.13
Larentia 58.22
Larinum 46.1
Larinus ager 31.13
Larius lacus 46.5.62.14
Laro quid Hetruſcis 46.3
Larteniana 49.11
Lartenianus Vicus 59.6
Lartes op. 50.6
Laternianum 49.19
Lauinium 7.8
Laurum Lauinia 7.1
Leptis magna 40.29
Liburnum 48.19
Libya 45.2
Libyſſus 55.1.59.1
Licitani 40.9
Ligures 47.25,60.31
Ligures Apuani, & montani 48.14.49.9.50.24.61.8.10.62.32.63.2
Ligures Baebiani & Corneliani 7.14
Liguria 48.9
Ligurnus portus 48,8
Liternum 7.5
Litterae Romanis olim exoſae 51.16.28
Longhani 47.7
Longus Vicus 59.5
Luca 35.17.49.5
Lucani 63.10
Lucania 10.27
Luceria 34.14
Lucerinus ager 11.27.32.9
Lucerum tribus 58.24
L. Carrut⁹ mathematicus 65
Lucoferonia 27.20
Lugdonenſes Galli 40.10
Luna colonia 42.22.49.22
Lunenſis ager 19.1
Lycinophori 45.7
Lypienſis ager 33.8
Lypienſe territorium 12.3

M

Macrani 47.8
Maeonia 50.3
Maeoniae Vrbes 66
Mamilia lex 21.1
Mantua 44.23.62.14
Marſenſis ager 29.20
Marſi 45.28
Marſus municipium 27.25
Marucini 45.30
Matilica opp. 28.2
Mediolanum 45.9
Metapontinus ager 33.4

Meuania 51.1
Mineruium 35.31
Minturna 7. 17. *vel Minturnae* 34.20.
Moeſia ſylua 49.23
Moeſium 49.22
Mundi origo controu. 41.20

N

Napocenſis colonia 37.14
Narbo Martius 36.2
Neapolis 7.21
Nepe 34.3
Nepeta 49.19
Nepis colonia 15.23
Neptunia 35.31
Ninus 54.1
Nola 7.32
Nomatis ager 28.11
Nouaria 45.1
Nuceria 7.27
Nuetini 47.8
Numentum 28.5
Nurſia 28.7

O

Oenotria 46.15.66
Oenotrius 42.31
Ogygianum 42.22
Olanum 45.4
Olympus 56.25.59.10
Orianus ager 33.8
Oropii coloni 45.5
Oropite Sentinas 50.9
Orton 45.31
Oſca 63.17
Oſcela 43.15
Oſci 43.25,47.4
Oſcori 47.7
Oſtienſis ager 8.5
Oſtrenſis ager 28.13

P

Pacenſis colonia 40.8
Padi varia nomina 45.9
Paeſtana 10.28
Paeſtus 34.24. *ſeu Paeſtum* 46.29
Palatina rupes 54.24
Palatinus collis 51. 30. 58. 5.31
Paliſacrificales 16.1
Palmyrena colonia 37.5
Panormitanum territorium 12.16
Parium 40.27
Patauicenſium vicus 37.14
Patauium 44.15
Pauſulenſis ager 20.10.28. 18.20
Pedncea lex 21.2
Pelia amnis 50.14
Peligni 45.30
Pelii 50.9
Pelius mons 50. 14
Peucini 46.28
Phaliſcanum 49.21

Phaliſcorum mons 49.20

Phaliſcus vicus 59.7

Pheregene 42.20.47.29.48.2

Pheretiana 48.3

Philippenſis colonia 40.3

Philippenſes 40.25

Phiſcon mons 50.8

Phocenſes 50.16

Phoenice 36.18

Piceni 45.25

Picenum prouincia 19.26

Picentini 63.11.46.28

Pinceti 47.8

Pinnalis rigor 24.27

Pinnes ager 28.14

Piſa 49.4

Piſaurenſis ager 28.28

Piſaurum 35.15

Piſtorium 50.16

Placentia 35.6

Placentinus ager 28.20

Poeninus 60.25

Pomponius Atticus 65

Populonium 48.11.49.3

Populonii 63.3

Potentia 35.15

Potentina 10.28

Potentinus ager 25.26.28.18.23.30.15

Praeneſte 8.14

Precutii 45.29

Priuernum 8.18

Ptolemenſium colonia 37.1

Pudicitiae aedes 59.13

Puppium 48.12

Puteatinus ager 20.9. *vide* Potentinus

Puteoli 8.10.35.18

Pyrgus 48.28

Q

Q. literam Hetruſci non habent 52.13

Quirinalis collis 52.10.54.30.58.4.31

R

Ramnenſes 58.19

Rauenna 45.13

Reate 28.31

Recinenſis ager 20.9

Rhegii 43.24

Rhetii 43.22

Ricinenſis ager 29.6

Rodinus ager 33.9

Roma Itali filia 51.30.55.26.56.12.64.18

Roma 47.11. *quadrata* 47.18.64.23

Romae conditor 63.22. *prima origo* 54.20. *nomen incognitum* 64.2

Romae cōditae tēpus 64.26

Romae veteris loca 58.29

Romani *Thuſcorum vernae*

57.6
Romani montes 23.23.25.5
Romulus 56.18. *nomen a Roma habet* 64.13
Roſcia lex 21,1
Rubuſtinus ager 33.5
Ruminalis ficus 64.25
Rumuli aedes 64.26
Rumurius collis 58.32
Ruſellae 42.23
Ruſellum 49.23

S

Sabatinus vicus 59.6
Sabelli 46.30.51.7.61.20
Sabini 34.23.29.51.5.61.15
Sabum 49.18
Saepinum 9.6
Saga op. 45.14
Sagi 51.9
Salembrona 50.6
Salernum 35.18
Salpinus ager 32.16.11.22
Salpis colonia 32.13
Samnites 46.28.32.61.21
Sangnini 47.9
Saticula 34.15
Saturnia 42.26.32.54.15. 59.14
Saturnus 53.2.54.7. *cognomine Volturnus* 59.19
Saturni aedes 59.4.64.21
Sauienſis vrbis ager 20.3
Saunites 46.32.61.22
Scylacium 35.30
Sebaſtena colonia 37.10
Secpontinus ager 11.22
Selinus colonia 37.18
Senaculum 59.3
Senogallia 45.18
Senogallienſis ager 20.9. 29.12
Senones 44.25
Sentis oppidum 29.8
Septempeda op. 29.16
Setia 9.16
Setina 34.2
Sicilia prouincia 12.15
Siculi 46.28
Signia 9.13
Sinopenſis colonia 37.18
Sinueſſa 8.31.34.20
Sipontum 32.16
Soana 50.11
Solmona 31.15
Sora 9.10.34.17.50.11
Soracte 49.20
Sorani 47.9
Soranus 64.13
Speltinus ſeu Spoletinus ager 19.12.26
Spoletium 35.3
Spoletum 50.32
Spira, ſiue Spiretum 44.31
Stabia 47.7

Stellates 50,16
Stellatinus vicus 59,6
Stouenſes 40,25
Suburbanum 59,14
Suburra 59,14
Sueſſa Arunca 9,2. *vel Aurunca* 34,15
Sueſſula 8,28
Sulmo 45,31
Superaequum 29,18
Surrentinum 8,23
Sutrium colonia 15,25,34,1.49,24

T

Tacienſes 58,19
Tarentinus ager 33,9
Tarentinus ſinus 46,12.60,12
Tarentinum territoriū 12,3
Tarentum 35,31
Tarpeius 52,6
Tarquinii colonia 16,11
Tarracina 34,13.47,6
Taurina 43,5
Teanum Sidicinum 9,22
Teate 29,28.32,18
Teatinus ager 30,17
Tegeneneis 10,29
Telamon 48,29
Teleſia 9,19
Teramne 30,1
Tereuentum 9,29
Terracina 9,27
Theatinus Apulus ager 11,26.vide Teatinus.
Thuſci 44.17.47,4.50,26.61,32
Thuſcorum dii 68
Thuſcorum vernae Romani 57,6
Thuſcus vicus 55,1.58,15, *vide* Tuſcus
Tiberiani campi 16,4.24,29.29,22
Tiberinus deus 59,25
Tiberis 43,13
Tibur 29,21
Tiferinus, ſeu Tifernas ager 19,6
Tifernum 50,28
Timaeus 43,9
Tolentinus ager 30,11
Torebi 67
Traianapolis colonia 37,18
Trebula 9,32
Treenſis ager 30,14
Treuentum 9,29
Tribule municipium 29,24
Troas colonia 40,5,27
Troentinus ager 20,6.29,31
Troituum 49,27
Trometina tribus 58,22
Troſſolum 50,3
Truentinus ager 20,11

Tuder 50,28.51,1. *vide* Fida Tuder
Tuſcum op. 30,8
Tumniates montes 50,11,14
Tuſcia prouincia 12,26
Tuſculani 47,9
Tuſculum 9,25
Tuſcus vicus 56,5,9,26. *vide* Thuſcus
Tuſſa Nana 50,6
Tyriorum ciuitas 40,15. *colonia* 36,19
Tyrrhena 50,4
Tyrrheni delphini dicti 67
Tyrrhenorum origo 66,

V

Vadymon 59,29
Valentia 35,5
Valentini 40,9
Varia regio 12,19
Varium territorium 12,4
Varnus ager 33,9
Vaticana regio 42,7
Vaticanum 59,17
Vaticanus deus 42,6
Veiens 49,17
Veiens vicus 59,7
Veilumbra 50,30
Veius colonia 27,118
Velia 46,29.64,25
Vellia Palatini pars 52,1. 56.30
Velitre 10.3
Venafrum 10.14
Venetiae 44,11.62,23
Venetorum origo 44,11
Venuſia 34,21
Venuſinus ager 11,19
Veragranus ager 30,16
Veretinus ager 33,9
Verona colonia 43,23
Veronenſes 43,22
Vertumnus 56,8.59,4
Vexule 10,19
Veſta Iani vxor 53,21
Veſtales 7,11
Veſtini 45,30
Via ſacra 59,3
Vibonenſis ager 11,9
Vici vrbis Romae 59,5
Viennenſes 40,11
Vlcane 10,28
Vlubra 10,7
Vmbri 46,27.61,13
Vmbrorum progenitores 42,2
Vmbricum 49,21
Vmbro colonia 59,15
Vmbro fl. 49,1.50,16
Vmbronus ager 50,2
Volaterrae 42,21.49,4
Volaterrana colonia 14,3
Volce 42,21.48,29
Volcentani 47,10

volofci 47.5
volſine 50,9
volſinium 42.23
volturna 50.4
volturrena vallis 43.24. 49.30.62.19
volturreni 43.24
volturnus 59.20
vritanus ager 33.10
vrſentini 47.10
vticea 40.29
Vulturnum 10.1
Vulturnus deus 59,20

X

Xanthus hiſtoricus 67
Xenophon 52.31

Y

Ydrontinus ager 33.10

Z

Zarmi Zegethuſa colonia 37,13
Zernenſium colonia 37.11

FINIS

Typis mandabat Ioannes Charron Typographus, Anno domini 1588. x. kalend. Ian.

ERRATA

Libro primo pag.15,v.25.virgulã pone poſt *primũ:* & pag.20,8.poſt *erat*. P.21,29.*pomeriũ*.P.33,6.*paulultũ*.P.50, 7.*minore*.P.60, 31.dele punctum poſt *portas*. P. 67.29.ſcribe *F.M.* P.72.2.*vocetur*. P.77,12. SILICE-STERN. P.82,5.*lapidem,fuit*. P.88,1. *Gabinſa*. P.51,18. Loco interrogationis repone punctum. P.106,22.*Ab vrbe*. P.107,18. *vrbe* & v. 23.*prooemio*. P.108,12.*protendebatur,Ard*. P.127,28.inuerte parentheſis notam. P.128,5.leg.*ſolemnibuſque*. P.129,18. dele punctum poſt *eram*. P.136,2 ante *ex* expunge virgulam mox v. 20. diſtingue poſt *opinatur*.v.24.leg.*nouã viã*. P.140,15.minuſcula litera *medium*. P.141,6. *Collis hortulorum* & P 142,28 *&c. Cal*. P.152,2.*que*. P.153,15 *ad Verr*. P.165,4.*Commod* P.183,2.*Equi* P.194,25.*Callaici*.P.210,2. diſpunge voculas *in his*.P.216,23.ſcribe *Anio*. P.230,7 *Aequimaelium*. P.235,10. *matris Rumae*.P.236,14.*Martis*.P.243,19.*Ta*[illegible]*aria*.P.248,7 *Areae* P.249 16.*Mineruiam*.P.250 22.*Matris*. P.268,4.*Coloſſae*:& v 9. *Naumachiae* In origine gent.Rõ P 23 2[illegible].ſcr *tuearis*. In Frontino de aquaed.P.26,32. diſtingue poſt *Tepula* P 29,7.Scrib.*in Senatu Lepido pr*. v.29. *Caſsius Lõginus,qu*. P.32,18.*Iuliano*,P. .P,v.22.*Curtio*. P.37 13.ma uſcula littera *Camp*. P.45,18.*depreſsior,non* P 48,2,*inuenitri*. P.50,1. *excepta, veloc*. P.54,11.*decem octo* P.56,20 *fullonitis* P.61,8 *Teleſinũ*

Libro ſecundo pag.12,23.ſcribe *primum* P 20,24. dele duo puncta ante *cum*. P.22.3.lege *conſtituit* P.23,5.expunge diſtinctionem P.25,8 leg. *tribuum*.v.16.*comitiis*.P 27,25.*committere*.P.35.31.*latte* [illegible].37 28 *dapem. Inde* P.39,6.*corona,qu*. P 43,9 *ſunt,vt*.P 51,8 *Flamines*. P.52,16 *Lanigeroſque*.P 55,8.*aperte*.P 56,7 *quia ſ*.P.59,3. CAECILIO. P.79,2. *Tacitus lib* P 97,15 *neque*.v. 30.*vitiae* P 99 6.interpunge ante *Certe*. P.104, 9,*aetas*.v 24.*tuis,abr* P 107,10.*toto orbe*.P.110,29 *aiunt*. P.114,8. *vocibus,ad*.P.117,9.*Palladium* P.118,6.*aeneum*. P. 9,8,*quoddam*.v.11. *quia* P 130,22.*remp*.P.133,9 dele *en*.P. 141,26. dele punctum. P. 44,19.leg. *ſacerdotum*. P 147,8 *abluebant*.P.149,21.SACERDOTE P 151,12. *epulones.At*.P.184,22.*Cloacinã*. P.191,7 *retuli*.P 194,4.*moniẽ*.P.209,14. *dextrorſus*.v.17.*etiã*.P.211,16 *illis temp*.P 222,11.*hae* P 233,4 *fuit*.p.152 15 *reperiantur,m* P.253,28.CRESCENTIVS. P.261,16. *Aeneae*.P. 69, 11.*ex cenſu*.P.272,19 *accenſuum*.P 275,17.*temporibus* P 288,16.*Tulliam*. P.289,20. *Coriolanum*. P.297,28 *ciuibus ademiſſent* P 321,28 *Tiberim* P.322,23. STLITIB. P.339,25.*Corneliae Dir*.P.347,3.*poteſtate* P. 367,20.*gradu,ſed*.

Libro tertio,pag.17,28.lege *Ambuſto*.v. 31.*Tiburtes* p.27,19.*deterriti*. p 36,31. vnicum punctum pone.p.39,3.leg *laceſſentibus*, p 46,12.*incolarum* p.47,13.*ſupereras* p.93,22 *Priuernum*.p.95.12 *didici* p.97.10. PATRONO.p.100,18.*creare*.p 103,22 *rem ipſam* p.114,32 *ratione* p.125, 4 *Cynoſc*.p 127,12.*iniuriis* p.145,dele *pater*.p.173,20 Scribe *Tingitanã*. p 176,32.*Auguſto*.p 186,5.*Legiones*. p.194,4 *aggreſſus*. p 198,25.*tertio*. p 207,26.*Rauennate* p.215,23&,24.*Pyrene*.p.222,19 *calidae* p.234, 7. *Cilicia* p 247,1. *Prouincia*. p.263,30.*detrectabant,inc*.p.283,15. *Gallias* p.284, 32.*Theodoſio*.In libro de coloniis p 3,5.*deducta*.*iter*.p.6,18.*debetur ager*.v.26.*cenſitus* p.7,25.*miles*.p.10,7.*Vlubrae*.v.10 *colonia.iuſſu*.v.21. *aſſignatus:ab*.p.11,23.in ora libri.& *Herdona Auſculanus*.p.15,8.*deciſionis ſiue cauſſa,inter ſe ſunt cenſiti* p.16,29.in margine,*Gloſſema puto id totu*.p.17, 4.*cenſuerat D*.p.18,13.*acceperunt*.v.28.*Etruriam*. p.20,12.*Aternenſis*. v.26. *nouerca*.p.22,11.*praeteris* p 23.1 *auguſtei*,*ſi* p.42,20. *monumenta,riu*. p.28, 30.*ſacrificalibus*.p.33,16 DE COL.v.27.*poſt Romam* p.34,18.*Carſeoli*.p.35 30.*Neptunia* p.40,29 *Viscea,Lept* p 43,3 .dele punctum.p.48,4. *ex Attica* v.9.*Liguriam* p.49,21. *Larteuianum*.p.62,2. *Parmam*

ORIGO
GENTIS ROMANAE
INCERTO AVCTORE
ET
SEXTI IVLII FRONTINI VIRI CONSVLARIS DE AQVAE DVCTIbus vrbis Romae libri II.



PARISIIS,

Apud Egidium & Nicolaum Gillios, via D. Ioannis Lateranenſis,ſub ſigno trium coronarum

M.D.LXXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ORIGO

GENTIS ROMANAE IANO ET SATVRNO CONDITORIBVS, PER SVCCEDENTES SIBIMET REGES, VSQVE

ad Conſulatum decimum Conſtantij, digeſta ex auctoribus Verrio Flacco Andiate (vt quidem idem Verrius maluit dicere quam Antia) tum ex Annalibus Pontificum; dein Cnaeo Egnatio Veratio, Fabio Pictore, Licinio Macro, Varrone, Caeſare, Tuberone, atque ex omni priſcorum hiſtoria; proinde vt quiſque neotericorum aſſeuerauit: hoc eſt, & Liuius, & Victor Afer.

PRIMVS in Italiam creditur veniſſe Saturnus, vt etiam Maronis Muſa teſtatur illis verſibus: *Aeneid viii Verſu 319.*

Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exſul ademptis. cet.

TANTA autem vſque id tempus antiquorum hominum traditur fuiſſe ſimplicitas, vt venientes ad ſe aduenas, qui modo conſilio ac ſapientia praediti, ad inſtruendam vitam, formandoſque mores aliquid conferrent, quod eorum parētes, atque originem ignorabant; caelo & terra editos, non ſolum ipſi crederent; verumetiam poſteris affirmarent. veluti hunc ipſum Saturnũ, quem Caeli & Terrae filium eſſe dixerunt. Quod cum ita exiſtimetur, certum tamen eſt, priorē Ianum

in Italiam deueniſſe:ab eoque poſtea venientem exceptum eſſe Saturnum. Vnde intelligendum eſt Virgilium quoque non ignoratione veteris hiſtoriae, ſed ſuo more *primum* dixiſſe Saturnũ, non ante quem nemo ſed *principem*:vt

Aeneid. 1

Troiae primus ab oris

CVM proculdubio conſtet ante AEneã priorẽ Antenorem in Italiam eſſe peruectum, eumque non in ora litori proxima;ſed in interioribus locis,id eſt,Illyrico vrbẽ Patauiũ cõdidiſſe, vt quidẽ idem Virg. illis verſibus ex perſona Veneris, apud Iouẽ de aerumnis AEneae ſui conquerẽtis

Aeneid. 1 *Verſ.*244.

Antenor potuit mediis elapſus Achiuis
Illiricos penetrare ſinus,atque intima tutus,cet

QVARE autem addiderit *tutus*, ſuo loco pleniſſime annotauimus in commentatione, quam hoc ſcribere coepimus, cognita ex eo libro, qui inſcriptus eſt,De origine Patauina.Itaque nunc, *Primus*, ex ea quoque ſignificatione eſt, e qua illud in ſecundo AEneidos, de enumeratione eorum qui equo Durio digrediebantur: Nã cũ nominaſſet* Theſſandrũ, Stelenũ,Vlyxẽ, Athamãta, Thoanta,Neoptolemum; poſt intulit,*Primuſque Machaon* De quo quaeri poteſt ,Quomodo poteſt *primus* dici,poſt tantos qui ſupradicti ſunt? Verũ intelligemus *primum* pro principe, vel quia id (ad perfectum) illis temporibus circa peritiam medicae artis praecipuus fuiſſe traditur.Sed vt ad propoſitũ reuertamur, ferunt Creuſam Ereithei Regis Athenienſium filiam ſpecioſiſſimam, ſtupratam ab Apolline enixam puerum,eũque Delphos olim educandum eſſe miſſum:ipſam vero a

Tiſandrũ *Virg. Verſu* 261.

fort. redundat

patre iſtarũ rerũ neſcio, * Xiphco cuidã comiti * collocatam. Ex qua cum ille pater non poſſet exiſtere; Delphos cum petiiſſe ad conſulendum oraculum, quomodo pater fieri poſſet: Tum illi Deum reſpondiſſe, vt quẽ poſtero die obuiã habuiſſet, eũ ſibi adoptaret. Itaque ſupra dictũ puerũ, qui ex Apolline genitus erat, obuiam illi fuiſſe, eumque adoptatum. Cum adoleuiſſet non cõtentũ patrio regno, cũ magna claſſe in Italiã deueniſſe, occupatoque mõte, vrbẽ ibidẽ cõſtituiſſe, eãque ex ſuo nomine Ianiculũ cognominaſſe.

* Xutho
alii
* all. copulatam

Igitur Iano regnãte apud indigenas rudes, incultoſque; Saturnus regno profugus, cũ in Italiã veniſſet, benigne exceptus hoſpitio eſt: ibique haud procul a Ianiculo arcẽ ſuo nomine Saturniã conſtituit: Iſque primus agriculturã edocuit, feroſq; homines & rapto viuere aſſuetos, ad compoſitã vitam * eduxit. vnde Virgilius in octauo ſic ait

Haec nemora indigenae Fauni, Nymphaeq; tenebant
Genſque virum truncis, & duro robore nata
Quis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros
Aut componere opes norant, aut parcere parto.
Sed rami, atque aſper victu venatus alebat

fort. tradu xit
Verſu 314.
* Haec loca v. cod.

OMISSO QVE Iano, qui nihil aliud quam ritũ colendorũ Deorum religioneſque induxerat; ſe Saturno maluit annectere: qui vitã moreſque feris etiã tũ mentibus inſinuaſſe (dicitur, &) ad cõmunem vtilitatem, vt ſupra diximus, diſciplinam colẽdi ruris edocuit, vt quidẽ indicant illi verſus

deeſt in m ſ.

Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſq; dedit; Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris

Aeneid 8. Verſ. 321

Iſtum etiam vſum ſignandi aeris, ac monetae in formã incutiendae oſtendiſſe traditur; in qua ab vna parte caput eius imprimeretur: altera nauis, qua vectus illo erat. Vnde hodieque aleatores poſito numo opertoque, optionẽ conluſoribus ponũt enunciandi quid putẽt ſubeſſe, caput, aut nauẽ: Quod nũc vulgo corrũpentes nauíãdi dicũt. AEdes quoque ſub cliuo Capitolino, in quo pecuniã conditam habebat, AErariũ Saturni hodieque dicitur. Verũ quia, vt ſupra dixim⁹, prior illuc Ianus aduenerat, cum eos poſt obitũ diuinis honoribus cumulandos cenſuiſſent; in ſacris omnibus primũ locũ Iano detulerũt; vſque eo, vt etiã cum aliis Diis ſacrificiũ fit, dato ture in altaria, Ianus prior nominetur, cognomẽto quoque addito Pater, ſecũdum quod noſter cognomẽto ſic intulit

Aeneid. 8 *Hanc Ianus Pater, hanc Saturnus condidit arcem*

Verſ. 357 At ſubindit

Ianiculum huic; illi fuerat Saturnia nomen

E I Q V E (eo quod mire praeteritorum memor, tum etiam futuri) dixerit

Lib. 7 Aeneid. Verſ. 45 *Rex arua Latinus & vrbes*

Iam ſenior longa placidas in pace regebat.

Q V O regnante, Troianos refert in Italiã deueniſſe. Quaeritur quomodo Salluſtius dicat; *Cũq; his Aborigines, genus hominũ agreſte, ſine legibus, ſine imperio liberũ atque ſolutũ.* (initio Catilinaris) Quidã autẽ tradunt terris diluuio coopertis, paſſim multos diuerſarũ regionũ in mõtibus, ad quos cõfugerant, conſtitiſſe, ex quibus quoſdã ſedem quaerentes, peruectos in Italiam, Aborigines appellatos, Graeca ſcilicet appellatione, a cacuminibus mõtium * qui

* ſ. quae illi ὄρη vocant

illi orae faciunt. Alij volunt eos, quod errãtes illo venerint, primo Aberrigines, poſt mutata vna litera, altera adempta, Aborigines cognominatos. Eos aduenietes Picus excepit, permiſſos viuere vt vellet: Poſt Picum regnauit in Italia Faunus, quẽ a fando dictũ volunt, quod is ſolet futura praecinere verſib. quos Saturnios dicimus: quod genus metri in vaticinatione Saturniae primum proditũ eſt. Sed vrbẽ *Saturnus cum in Italiã veniſſet, *f. verſus
cõdidiſſe traditur. Eius rei Enn. teſtis eſt, cum ait

Verſibus quos olim Fauni vateſque canebant

HVNC Faunum plerique eundem Siluanum a ſiluis, Inuum deum: Quidam etiam Pana vel Pan eſſe, dixerunt.

Igitur regnante Fauno, ante annos circiter ſexaginta, quam Aeneas in Italiam deferretur. Euander Arcas Mercurij & Carmẽtis Nymphae filius, ſimul cum matre eodẽ venit: Quam quidã memoriae prodiderunt, primo Carmentim dictã: poſt Nicoſtraten, de carminibus; eo quod videlicet omnium litterarũ peritiſſima, futurorumq; prudens, verſibus canere ſit ſolita: adeo vt plerique velint, non tam ipſam a carmine Carmentã, quam carmina, a qua dicta eſſent, appellata: Huius admonitu trãſuectus in Italiam Euander, ob ſingularẽ eruditionẽ atque ſcientiã litterarũ, breui tẽpore in familiaritatẽ Fauni ſe inſinuauit: atque ab eo hoſpitaliter benignéque exceptus, nõ paruũ agri modũ ad incolẽdum accepit: quẽ ſuis comitibus diſtribuit, exaedificatis domiciliis in eo monte, quẽ primo tũ illi a Pallante Pallãteum, *al. Palatinum
poſtea nos *Palatium diximus: Ibique Pani

Deo fanum dedicauit: quippe is familiaris Arcadiae Deus eſt, teſte etiam Marone qui ait

Georg. 3. ver. 392

Pan Deus Arcadiae captam te Luna fefellit

E T item

Ecloga IV. vbi certet, legitur

Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet.

P R I M V S itaque omnium E u ā d e r Italicos homines legere & ſcribere edocuit, litteris partim quas ipſe antea didicerat: Ideque fruges in Graecia primum inuentas oſtendit, ſerendique vſum edocuit, terraeque excolendae gratia, primus boues in Italia iūxit. Eo regnante, forte Recaranus quidam Graecae originis, ingentis corporis, & magnarum virium paſtor, quia erat forma & virtute ceteris antecellēs, Hercules appellatus, eodē venit. Cumque armēta eius circa flumen Albulā paſcerentur, Cacus Euādri ſeruus, nequitiae verſutus, & praeter cetera furaciſſimus, Recarani hoſpitis boues ſubripuit: ac ne quod eſſet indiciū auerſas in ſpeluncam attraxit: Cumque Recaranus vicinis regionibus peragratis, ſcrutatiſque omnibus eiuſcemodi latebris, deſperaſſet inuenturū, vtcumque aequo animo diſpendiū ferens, excedere his finibus conſtituerat: At vero E u ā d e r excellentiſſimae iuſtitiae vir, poſtquam rem, vti acta erat, comperit, ſeruum noxae dedit, bouesque reſtitui fecit. Tum Recaranus ſub Auentino Inuentori patri arā dedicauit, appellauitque Maximā, & apud eam decimā ſui pecoris profanauit. Cumque ante moris eſſet, vti homines decimam fructuū regibus ſuis praeſtarent, aequius ſibi ait videri Deos potius illo honore impartiēdos eſſe, quā Reges, inde videlicet tractum, vt Herculi do-

cimam profanari mos eſſet, ſecũdum quod Plautus *In partem*, inquit, *Herculeaneam*, id eſt, decimã. Conſecrata igitur ara Maxima, profanataque apud eam decima, Recaranus, eo quod Carmẽtis inuitata, ad id ſacrũ non affuiſſet, ſanxit ne cui feminae fas eſſet veſci ex eo quod eidẽ arae ſacratũ eſſet: atque *ab ea re diuina feminae in totum remotae. Haec Caſsius li. i. At vero in libris Põtificaliũ traditur: Hercules Ioue atque Alcmena genitus, ſuperato Geruone, agens nobile armentũ, cupidus eius generis boues in Graecia inſtituendi; forte in ea loca veniſſe, & vbertate pabuli delectatus, vt ex lõgo itinere homines ſui & pecora reficerentur, aliquandiu ſedem ibi cõſtituiſſe: Quae cum in valle, vbi nunc eſt Circus maximus, paſcerentur; neglecta cuſtodia, quod nemo credebatur auſurus violare Herculis praedam, latronem quendam regionis eiuſdẽ magnitudine corporis & virtute ceteris praeualẽtem, octo boues in ſpeluncam, quo minus furtum veſtigiis colligi poſſet, caudis abſtraxiſſe. Cumque inde Hercules proficiſcens, reliquum armentũ, caſu, praeter eandem ſpeluncam, ageret; forte quadam incluſas boues tranſeuntibus admugiſſe, atque ita furtum detectum: Interfectoque Caco, Euandrum, re comperta, hoſpiti obuiam iuiſſe, gratãtem, quod tanto malo fines ſuos liberaſſet: Compertoque, quibus parentibus ortus eſſet Hercules, rem ita, vti erat geſta, ad Faunum pertuliſſe: Tum eum quoque amicitiam Herculis cupidiſsime appetiſſe. Quam opinionẽ ſequi metuit noſter Maro. Cum ergo Recaranus ſiue Hercules,

In Stich. v- *bi tamen le* *gitur* Dextera partẽ Hercul. *& in Truculento, Act.* II.

* f. ob ea, *vel* itaque ab ea.

patri Inuentori aram Maximam conſecraſſet; duos ex Italia, quos eadem ſacra certo ritu adminiſtranda edoceret, adſciuit. Potitium & Pinarium. Sed eorum Potitio, qui prior venerat ad comedenda exta admiſſo; Pinarius eo quod tardius veniſſet, poſterique eius ſubmoti: vnde hodieque ſeruatur: Nemini .·. Potitio Pinariae gentis in eis ſacris veſci licet; Eoſque alio vocabulo prius appellatos, nonnulli volunt. Poſt vero Pinarios dictos ἀπὸ τοῦ πεινᾶν, quod videlicet ieiuni, ac per hoc eſurientes ab eiuſmodi ſacrificiis diſcedant. Iſque mos permanſit vſque Appium Claudium Cenſorem, vt Potitiis ſacra facientibus, veſcentibuſque de eo boue quem immolauerant, poſtquam inde nihil reliquiſſent, Pinarii deinde admitterentur. Verum poſtea Appius Claudius accepta pecunia Potitios illexit, vt adminiſtrationẽ ſacrorũ Herculis, ſeruos publicos edocerent, necnon etiam mulieres admitterent. Quo facto, aiunt, intra dies triginta omnem familiam Potitiorũ, quae prior in ſacris habebatur, extinctam, atque ita ſacra penes Pinarios .·. reſediſſe, eoſque tam religione quã etiam pietate edoctos, myſteria eiuſmodi fideliter cuſtodiſſe. Poſt Faunum Latino eius filio in Italia regnante, Aeneas, Ilio Achiuis prodito ab Antenore, aliiſque Principibus, cum prae ſe Deos penates, patreque Anchiſen humeris geſtãs, necnon & paruulum filiũ manu trahens, noctu excederet; orta luce cognitus ab hoſtibus, eo quod tãta onuſtus pietatis ſarcina erat, nõ modo a nullo interpellatus; ſed etiã a rege Agamemnone quo vellet, ire permiſſus,

.·. *Quid ſi* Patritio?

f. rediſſe.

Idam petit: ibique nauibus fabricatis, cum multis diuerſi ſexus, oraculi ammonitu Italiã petit: vt docet Alexander Epheſius lib. i. belli Marſici. At vero Lutatius non modo Antenorem, ſed etiam ipſum AEneã proditorem patriae fuiſſe tradit: Cui cum a rege Agamemnone permiſſum eſſet ire quo vellet, & humeris ſuis, quod potiſſimum putaret, hoc ferret; nihil illũ praeter Deos penates, & patrem, duoſque paruulos filios, vt quidam tradunt, vt vero alii, vnum, cui Iulo cognomen, poſt etiam Aſcanio fuerit, ſecum extuliſſe. Qua pietate motos Achiuorum principes remiſiſſe vt reuerteretur domum, atque inde f. permiſ. omnia ſecum quae vellet, auferret. Itaque cum magnis cum opibus, pluribuſque ſociis vtriuſque ſexus a Troia digreſſum, longo mari emenſo per diuerſas terrarum oras in Italiam deueniſſe: Ac primum Thraciam appulſum, AEnum ex ſuo nomine condidiſſe: Dein cognita Polymneſtoris perfidia ex Polydori nece, inde digreſſum, peruectumque ad inſulam Delum, atque illinc ab eo Lauiniam Anii ſacerdotis Apollinis filiam in matrimonium adſcitam, ex cuius nomine *Lauinia litora* appellata. Poſtquam is multa maria permenſus, appulſus ſit ad Italiae promõtorium, quod eſt in Baiano, circa Auerni lacum; ibique gubernatorem Miſenum morbo abſumtum, ſepultum ab eo: ex cuius nomine vrbem Miſenon appellatam, vt etiam ſcribit Caeſar Põtificalium lib. i. Qui tamen hunc Miſenum non gubernatorem, ſed tubicinẽ fuiſſe tradit. Inde nõ immerito vtraque opinionem ſecutus Maro ſic intulit:

Aeneid. VI. verſ. 232.

At pius Aeneas ingenti mole ſepulcrum
Imponit, ſuaque arma viro, remumque tubā que.

QVAMVIS auctore Homero, quidam aſſerant tubae vſum Troianis temporibus etiam * tunc ignoratum. Addunt praeterea quidam AEneam in litore Euxini cuiuſdam comitis matrem, vltimo aetatis affectam, circa ſtagnum, quod eſt inter Miſenon Auernumque extuliſſe, atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinius ſinus dicitur: cumque comperiſſet ibidem Sibyllā mortalibus futura praecinere, in opido quod vocatur Cimbarionis, veniſſe eo ſciſcitatū de ſtatu fortunarum ſuarū: aditiſque fatis, vetitum ne is cognitam in Italia ſepeliret Prochytam, cognatione ſibi cōiunctam, quam incolumem reliquerat. Et poſtquam ad claſſem rediit, reperitque mortuam, in inſula proxima ſepeliſſe, quae nunc quoque eodē eſt nomine, vt ſcribunt Vulcatius, & Acilius Piſo. Inde profectum perueniſſe in eū locum qui nunc portus Caietae appellatur, ex nomine nutricis eius quam ibidem amiſſam ſepeliit. At vero Caeſar & Sempronius aiunt, Caietae cognomen fuiſſe, non nomē: ex eo ſcilicet inditū, quod eius conſilio impulſuque matres Troianae taedio longi * nauigii claſſem ibidem incenderint, Graeca ſcilicet appellatione ἀπὸ τῶν νεῶν, quod eſt incendere. Inde ad eam Italiae orā quae ab arbuſto eiuſdem generis, Laurens appellata eſt, Latino regnante, peruectum cum patre Anchiſe, filioque & ceteris ſuorū, nauibus egreſſum, in litore accubuiſſe, cōſumptoq; quod fuerat cibi, cruſtam etiam de farreis mēſis, quas ſa-

*f. tum

Vir. VII. Aen. initio.

*pro, nauigationis longae.

Vide Virg. V. Aeneid.

cratas ſecum habebat, comediſſe. Tum Anchiſa coniiciente illam eſſe miſeriarum errorîſque finem;quippe meminerat, Venerem ſibi aliquando praedixiſſe,cum in externo litore eſurie cõpulſi,ſacrataſque menſas inuaſiſſent, illum condendae ſedis fatalem locum fore:Scrofam etiam incientem;quam cum e naui produxiſſent, vt eã immolarent,& ſe miniſtrorum manibus eripuiſſet;recordatum AEneam,quod aliquando ei reſponſum eſſet,vrbi condendae quadrupedem futuram ducem:Tum ſimulacris Deorum Penatiũ, proſecutum,atque illum vbi illa procubuit, enixaque eſt porculos triginta;ibidem auſpicatum; .·.f.poſtq; .·. poſtquam Lauinium dixit;vt ſcribit Caeſar li. i. & Lucatius li. ii. At vero Domitius non orbes farreos, vt ſupra dictum eſt, ſed menſarum vice ſumẽdi cibi gratia apium,cuius maxima erat ibidem copia,fuiſſe ſubſtratum,quod ipſum cõſũptis aliis eduliis eos comediſſe:Ac poſt ſubinde intellexiſſe illas eſſe menſas,quas illos comeſturos praedictum eſſet. Cum interim immolata ſue in litore ſacrificium perageret;traditur forte aduertiſſe Argiuam claſſem, in qua Vlyxes erat: cumque vereretur ne ab hoſte cognitus periculũ ſubiret,itemque rem diuinam interrumpere ſummum nefas duceret,caput velamento obduxiſſe, atq; ita pleno ritu ſacra perfeciſſe: inde poſteris traditum morem ita ſacrificandi, vt ſcribit Marcus Octauius lib. i. At vero Domitius lib. i. docet ſorte Apollinis Delphici monitum AEneã, vt Italiam peteret,vbi duo maria inueniſſet, prandiumque cum menſis comeſſet,ibi vrbem vti cõ-

deret. Itaque egreſſum in agrum Laurentem cum paululum e litore proceſſiſſet, perueniſſe ad duo ſtagna aquae ſalſae, vicina inter ſe: ibique cum ſe lauiſſet, ac refectum cibo cum apium quoque, quod tunc vice menſae ſubſtratum fuerat, conſumſiſſet, exiſtimãtem proculdubio illa eſſe duo maria, quod in illis ſtagnis aquae marinae ſpecies eſſet, menſaſque quae erant ex ſtramine apii comeſtas; vrbem in eo loco condidiſſe; eãque quod in ſtagno lauerit, Lauinium cognominaſſe. Tum deinde a Latino Rege Aboriginum, data ei, quae incoleret, iugera quingenta: At Cato in Origine generis Romani ita docet: Suem triginta porculos peperiſſe in eo loco vbi nunc eſt Lauinium: cumque AEneas ibi vrbem condere conſtituiſſet, propterq; agri ſterilitatẽ metueret; per quietem ei viſa Deorum Penatum ſimulacra, adhortantium vt perſeueraret in condenda vrbe quam cœperat: nam poſt annos totidem, quot fetus illius ſuis eſſent, Troianos in loca fertilia atque vberiorem agrum tranſmigraturos, & vrbem clariſſimi nominis in Italia condituros. Igitur Latinum Aboriginum Regem, cum ei nunciatum eſſet, multitudinem aduenarum claſſe aduectã, occupauiſſe agrum Laurentem: aduerſum ſubitos inopinatoſque hoſtes incunctanter ſuas copias eduxiſſe: Ac prius quam ſignum dimicãdi daret, animaduertiſſe Troianos militariter inſtructos: cum ſui lapidibus ac ſudibus armati, tum etiã veſte aut pellibus quae eis integumento erant, ſiniſtris manibus inuolutis, proceſſiſſent. Itaque ſuſpenſo certamine per colloquium inquiſito, qui

eſſent,quidue peterent:vtpote qui in hoc conſilium auctoritate numinum cogebatur: namque extis ac ſomniis ſaepe ammonitus erat, tutiorem ſe aduerſum hoſtes fore,ſi copias ſuas cum aduenis coniunxiſſet.Cumque cognouiſſet AEneam & Anchiſem bello ∴ patrio pulſos, cum ſimulacris Deorum errantes ſedem quaerere; amicitiā foedere iniſſe,dato inuicem iureiurādo, vt communes quoque hoſtes,amicoſue haberēt: Itaque coeptum a Troianis muniri locū,quem AEneas ex nomine vxoris ſuae,Latini Regis filiae, quae iam ante deſponſata Turno Herdonio fuerat,Lauinium cognominauit:At vero Amatam Latini Regis vxorem,cum indigne ferret,Lauiniam,repudiato Turno conſobrino ſuo, Troiano aduenae collocatam, Turnum ad arma concitauiſſe, eumque mox coacto Rutulorū exercitu, tetendiſſe in agrum Laurentem,& aduerſus eum Latinum pariter cum AEnea progreſſum,inter proeliantes circumuentum occiſumque. Nec tamen amiſſo ſocero AEneas Rutulis obſiſtere deſiit, namque & Turnum interemit.Hoſtibus fuſis fugatiſque victor, Lauinium ſe cum ſuis recepit, conſenſuque omnium Latinorum Rex declaratus eſt: vt ſcribit Lucatius libro tertio.Piſo quidem Turnum matruelem Amatae fuiſſe tradit: interfectoque Latino, mortem ipſam ſibimet conſciuiſſe.Igitur AEneam occiſo Turno, rerum potitum cum adhuc irarum memor Rutulos bello perſequi inſtituiſſet,illis ſibi ex Etruria auxiliū Mezentii Regis Agillaeorum adſciuiſſe, ac imploraviſſe,pollicitos ſi victoria parta foret,

∴ ſ·patria

omnia quae Latinorum eſſent, Mezentio ceſſura. Tūc AEneam quod copiis inferior erat, multis rebus, quae neceſſario tuendae erant, in vrbē comportatis, caſtra ſub Lauinio collocaſſe: praepoſitoque his filio Euryleone ipſum electo ad dimicandum tempore, copias in aciem produxiſſe, circa ∴ Numici fluminis ſtagnum: vbi cum acerrime dimicaretur, ſubitis turbinibus infuſcato aere, repente caelo tantū imbrium effuſum, tonitrubus etiam cōſecutis, flammarumque fulgoribus, vt omnium non oculi modo praeſtinguerentur, verumetiam mentes quoque confuſae eſſent: cumque vniuerſos vtriuſque partis dirimēdi proelia cupiditas ineſſet, nihilominus in illa tempeſtatis ſubitae confuſione interceptum AEneam, nuſquam deinde cōparuiſſe. Traditur autem non prouiſo quod propinquus flumini eſſet, ripa depulſus, forte in fluuium decidiſſe; atque ita procliū diréptum: Dein poſt apertis fugatisque nubibus cum ſerena facies effulſiſſet; creditum eſt viuum cum caelo abſumptum. Idēque tamen poſt ab Aſcanio, & quibuſdam aliis viſus affirmatur ſuper Numici ripam, eo habitu armiſque quibus in proelium proceſſerat. Quae res immortalitatis eius famam confirmauit. Itaque illi eo loco templum conſecratum, appellarique placuit, Patrem indigetem. Dein filius eius Aſcanius, idem qui Euryleo; omnium Latinorū iudicio Rex appellatus. Igitur ſummam imperii Latinorū adeptus Aſcanius, cum continuis proeliis Mezentium perſequi inſtituiſſet, filius eius Lauſus collem Lauiniae arcis occupauit. Cūque id

∴ al. Numicij

id oppidū circumfuſis omnibus copiis regis teneretur, Latini legatos ad Mezentiū miſerūt ſciſcitatum, qua conditione in deditionem eos accipere vellet: cūque ille inter alia oneroſa illud quoque adiiceret, vt omne vinum agri Latini aliquot annis ſibi inferretur; conſilio atque auctoritate Aſcanii placuit ob libertatē mori potius, quam illo modo ſeruitutē ſubire. Itaque vino ex omni vindemia Ioui publice voto, conſecratoq;, Latini vrbe eruperunt; fuſoque praeſidio, interfectoque Lauſo, Mezentiū fugā facere coegerunt. Is poſtea per legatos amicitiā ſocietatēque Latinorum impetrauit; vt docet Lucius Caeſ. lib. j. Itē que Aulus Poſtumius in eo volumine quod de aduentu Aeneae cōſcripſit atque dedit. Igitur Latini Aſcaniū ob inſignem virtutē non ſolum Ioue ortū crediderunt, ſed etiā per diminutionē, declinato paululum nomine primo Iobū, dein poſtea Iulum appellarunt: a quo Iulia filia manauit; vt ſcribunt Caeſar lib. 1 1. & Cato in Originibus. Interim Lauinia ab Aenea grauida relicta, metu, veluti inſecuturi ſe Aſcanij, in ſiluam profugit, ad magiſtrum patrij pecoris, Tyrrhum, ibique enixa eſt puerū, qui a loci qualitate Siluius eſt dictus. At vero vulgus Latinorum exiſtimans clā ab Aſcanio interfectam, magnā ei inuidiam conflauerat, vſque eo, vt armis quoque ei vim denunciaret. Tum Aſcanius iureiurando ſe purgās, cum nihil apud eos proficeret, petita dilatione ad inquirēdum, iram praeſentem vulgi aliquantulum fregit; pollicituſque eſt, ſe ingentibus praemiis cumulaturum eum qui ſibi Lauiniam inueſtigaſſet: Mox recuperatam cum filio in vrbem Lauiniū reduxit, dilexitque honore materno. Quae

ē

res rurſum ei magnum fauorem populi conciliauit, vt ſcribunt Caius Caeſar,& Sex. Gellius in Origine gentis Romanae. At vero alij tradunt, quod cum Aſcanius ab vniuerſo populo ad reſtituendam Lauiniam cogeretur, iuraretque ſe neque interemiſſe, neque ſcire vbi eſset, Tyrrhum petito ſilentio in illa concionis frequentia profeſſum indicium, ſi ſibi, Lauiniaeque, pueroque ex ea nato fides incolumitatis daretur; tumque eum accepta fide Lauiniam in vrbem cum filio reduxiſse. Poſt haec Aſcanius completis in Lauinio triginta annis, recordatus nouae vrbis condendae tempus adueniſse, ex numero porcorum quos pepererat ſus alba, circumſpectis diligenter finitimis regionibus, ſpeculatus montem editum qui nunc ab ea vrbe, quae in eo condita eſt, Albanus nuncupatur, ciuitatem communit: eamque ex forma quod ita in lõgum porrecta eſt, Longam; ex colore ſuis Albam cognominauit. Cumque illuc ſimulacra Deorum Penatium tranſtuliſset; poſtridie apud Lauinium apparuerunt: Rurſuſque relata Albam, appoſitiſque cuſtodibus neſcio quantis, ſe Lauinium in priſtinam ſedem identidem receperunt: Itaque tertio nemo auſus eſt amouera ea, vt ſcriptum eſt in Annali Pontificum IV. lib. Cincij & Caeſaris ij. Tuberonis I. At Aſcanius poſtquam exceſſiſset e vita, inter Iulum filium eius, & Siluium Poſtumum, qui ex Lauinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio eſt, cum dubitaretur an Aeneae filius, an nepos potior eſset; permiſsa diſceptatione eius rei ab vniuerſis Rex Siluius declaratus eſt. Eiuſdem poſteri omnes cognomento Siluij,

vſque ad conditam Romam, Albae regnauerunt: vt eſt ſcriptum Annalium pontificalium lib. IIII. Igitur regnante Latino Siluio Coloniae deductae ſunt Praeneſte, Tibur, Gabij, Tuſculum, Cora, Pometia, Locri, Cruſtumium, Camena, Ronillae, ceteraque oppida circumquaque. Poſt eum regnauit Tiberius, Siluius, Siluij filius. Qui cum aduerſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſset, inter procliantes depulſus in Albulam flumen, deperiit; mutandique nominis exiſtit cauſſa: vt ſcribunt Lucius Cincius lib. I. Lucatius lib. III. Poſt eum regnauit Aremulus Siluius: qui tantae ſuperbiae non aduerſum homines modo, ſed etiam Deos fuiſse traditur, vt praedicaret ſe ſuperiorē eſse ipſo Ioue, ac tonante caelo militibus imperaret, vt telis clypeos quaterent: dictaretque clariorem ſonum ſe facere. Qui tamen praeſenti affectus eſt poena: nam fulmine ictus, ruptuſque turbine in Albanum lacum praecipitatus eſt, vt ſcriptum eſt Annalium lib. VI. & Epitomarum Piſonis II. Aufidius ſane in Epitomis, & Domitius lib. I. non fulmine ictum, ſed terrae motu prolapſum, ſimul cum eo Regiam in Albanum lacum tradunt. Poſt illum regnauit Auentinus Siluius: Iſque finitimis bellum inferentibus in dimicando circumuentus, ab hoſtibus proſtratus eſt: ac ſepultus circa radices montis, cui ex ſe nomen dedit: vt ſcribit Iulius Caeſar lib. II. Poſt eum Siluius Procas rex Albanorum, duos filios Numitorem & Amulium aequis partibus haeredes inſtituit. Tum Amulius in vna parte regnum tantummodo, in altera totius patrimo-

nij ſummam atque omnem paternorum bonorum ſubſtantiam poſuit, fratrique Numitori, qui maior natu erat, optionem dedit, vt ex his, vtrum mallet, eligeret. Numitor cum priuatum omne cum facultatibus regno praetuliſſet; Amulius regnũ obtinuit: Quod vt firmiſſime poſſideret, Numitoris fratris ſui filiũ in venando interimendũ curauit: Tum etiã Rheam Siluiam eius ſororẽ ſacerdotẽ Veſtae fieri iuſſit, ſimulato ſomnio quo ammonitus ab eadẽ Dea eſſet, vt id fieret: Cũ re vera ita faciendum ſibi exiſtimaret; periculoſum ducẽs, ne quis ex ea naſceretur, qui auitas perſequeretur iniurias: vt ſcribit Valerius Antias lib. 1. At vero Marcus Octauius, & Licinius Macer tradunt Amuliũ patruum Rheae ſacerdotis, amore eius captum, nubilo caelo obſcuroque aere, cũ primum illuceſcere coepiſſet in vſum ſacrorum aquã petenti inſidiatũ, in luco Martis cõpreſſiſſe eã: tum exactis menſibus geminos editos. Quod cum cõperiſſet celandi facti gratia per ſcelus cõcepti; necari iuſſit ſacerdotẽ; partum ſibi exhiberi: Tumque Numitorẽ ſpe futurorũ, quod hi ſi adoleuiſſent, iniuriarum ſuarum quandoque vltores futuri eſſent, alios pro eis ſubdidiſſe, illoſque ſuos veros nepotes Fauſtulo paſtorum magiſtro dediſſe nutriendos. At vero Fabius Pictor lib. j. & Vennonius ſolito, inſtitutoque egreſſam virginem, in vſum ſacrorũ aquam petitum ex eo fonte qui erat in luco Martis, ſubito imbribus tonitrubuſque, quae cum illa erant, diſiectis, a Marte compreſſam; conturbatamque: Mox recreatã cõſolatione Dei, nomẽ ſuum indicãtis, affirmãtiſque ex ea natos dignos patre euaſuros. Primum igitur Amulius Rex, vt cõperit Rheã Siluiam

ſacerdotē peperiſſe geminos, protinus imperauit deportari ad aquam profluentem atque eo abiici. Tum illi, quibus id imperatum erat, impoſitos alueo pueros, circa radices montis Palatij in Tiberim, qui tum magnis imbribus ſtagnauerat, abiecerunt: eiuſque regionis ſubulcus Fauſtulus, ſpeculatus exponentes, vt vidit relabente flumine alueum, in quo pueri erant, obhaeſiſſe ad arborem fici, puerorumque vagitu lupam excitam, quae repente exierat, primo lambitu eos deterſiſſe, dein leuandorum vberum gratia mammas praebuiſſe; deſcendit ac ſuſtulit, nutriendoſque Accae Larentiae, vxori ſuae dedit: vt ſcribunt Ennius lib. 1. & Caeſar 11. Addunt quidam Fauſtulo inſpectante, picum quoque aduolaſſe, & ore pleno cibū pueris ingeſſiſſe: Inde videlicet lupum picumque Martiae tutelae eſſe: Arborē quoque illam, Ruminalē dictam, circa quam pueri abiecti erāt: quod eius ſub vmbra pecus acquieſcens meridie ruminare ſit ſolitum. At vero Valerius tradit pueros ex Rhea Siluia natos Amulium regē Fauſtulo ſeruo necandos dediſſe: ſed eum a Numitore exoratum ne pueri necarentur, Accae Larētiae amicae ſuae nutriēdos dediſſe: quam mulierē, eo quod pretio corpus eſſet vulgare ſolita, Lupā dictam. Notum quippe ita appellari mulieres quaeſtū corpore facientes: vnde & eiuſmodi loci in quibus hae cōſiſtunt, Lupanaria dicta. Cum vero pueri liberalis diſciplinae capaces facti eſsēt, Gabiis Graecarum Latinarūque litterarum ediſcendarum gratia cōmoratos; Numitore auo clam omnia ſubminiſtrante: Itaque vt primum adoleuiſſent, Romulū indicio edu-

catoris Fauſtuli cõperto, qui ſibi auus, quae mater fuiſſet, quidue de ea factum eſſet; cum armatis paſtoribus Albam protinus perrexiſſe, interfectoque Amulio, Numitorem auum in regnum reſtitutum, Romulum autẽ a virium magnitudine appellatum: nam Graeca lingua ῥώμην virtutem dici certum eſt: Alterum vero Remum dictum, videlicet a tardita-te: quippe talis naturae homines ab antiquis Remores dicti.

Igitur actis, quae ſupra diximus, re diuina facta, in loco qui nunc Lupercal dicitur, ludibundi diſcurrerant, pellibus hoſtiarum occurſantes quoſque ſibimet verberantes: vtque ſollemne ſacrificium ſibi, poſteriſque id eſſet, ſanxerunt, ſeparatimque ſuos appellauerunt, Remus Fabios, Romulus Quintilios: quorum vtrumque nomen etiamnum in ſacris manet. At vero lib. II. Pontificalium proditur, miſſos ab Amulio, qui Remum pecorum paſtorem attraherent: cum non auderent ei vim afferre, oportunum tempus ſibi ad inſidiandum nactos, quod tum Romulus aberat, genus luſus ſimulaſſe, quinam eorum, manibus poſt terga ligatis, lapidem quo lana penſitari ſolebat mordicus ſublatum, quam longiſſime perferret: Tum Remum fiducia virium in Auentinum vſque ſe perlaturum ſpopondiſſe: Dein poſtquam vinciri ſe paſſus eſt, Albam abſtractum. Quod poſtquam Romulus cõperiſſet, coacta paſtorum manu, eaque in centenos homines diſtributa; perticas manipulis foeni varie formatis in ſummo iunctas, dediſſe: quo facilius eo ſigno ſuum quiſque ducem ſequeretur. Vnde inſtitutum vt poſtea milites qui eiuſdem ſigni eſſent,

Manipulares dicerentur. Itaque ab eo oppreſſo Amulio, fratrem vinculis liberatum, auum regno reſtitutum. Cum igitur inter ſe Romulus & Remus de condenda vrbe tractarent, in qua ipſi pariter regnarent, Romuluſque locum, qui ſibi idoneus videretur, in monte Palatino deſignaret, Romamque appellari vellet: Contraque item Remus in alio colle, qui aberat a Palatio milibus quinque, eundemque locum ex ſuo nomine Remuriam appellaret, neque ea inter eos finiretur contentio; auo Numitore arbitro adſcito, placuit diſceptatores eius controuerſiae immortales Deos ſumere; ita vt vtri eorum priori ſecunda auſpicia obueniſſent, vrbem conderet: eamque ex ſuo nomine nuncuparet, atque in ea regni ſummam teneret. Cumque auſpicaretur Romulus in Palatio, Remus in Auentino, ſex vultures pariter volantes, a ſiniſtra Remo prius viſos: tumque ab eo miſsos qui Romulo nunciarent, ſibi iam data auſpicia, quibus condere vrbem iuberetur: Itaque maturaret ad ſe venire. Cumque ad eum Romulus veniſset, quaeſiſsetque quaenam illa auſpicia fuiſsent, dixiſsetque ille, ſibi auſpicanti ſex vulturios ſimul apparuiſse. At ego, inquit Romulus, iam tibi duodecim demonſtrabo: Ac repente duodecim vultures apparuiſse ſubſecuto caeli fulgore pariter tonitruque. Tum Romulus, Quid, inquit, Reme affirmas priora, cum praeſentia intueraris? Remus poſtquam intellexit ſeſe regno fraudatum: Multa, inquit, in hac vrbe temere ſperata atque praeſumta, feliciſſime prouentura ſunt. At vero Licinius Macer lib. I. docet contentionis illius pernicioſum exitum fuiſſe, namque ibidem obſi-

ſtentes Remum & Fauſtulum interfectos. Contra Egnatius lib. 1. In ea contentione non modo Remum non eſſe occiſum, ſed etiam vlterius a Romulo vixiſſe tradit. Sed horum omnium opinionibus diuerſis repugnat noſtrae memoriae proclamans hiſtoria Liuiana, quae teſtatur quod auſpicato Romulus ex ſuo nomine Romam vocauit: cumque muniret moenibus, edixit, ne quis vallum tranſſiliret: quod Remus irridens tranſſiliuit, & a Celere Cēturione rutro, vel raſtro fertur occiſus. Romulus aſylum conuenis *cet.*

SEXTI IVLII FRONTINI VIRI CONSVLARIS DE AQVAEDVCTIBVS VRBIS ROMAE,

LIBER PRIMVS.

CVM omnis res ab Imperatore delegata intentiorem exigat curam, & me ſeu naturalis ſolicitudo, ſeu fides ſedula nō ad diligentiam modo, verum ad amorē quoque commiſſae inſtigent, ſitque mihi nunc ab Nerua Auguſto, neſcio diligentiore an amantiore Reipub. Imperatore, aquarum iniunctū officium, tum ad vſum, tum ad ſalubritatem, atque etiam ad ſecuritatem vrbis pertinens, adminiſtratū per principes ſemper ciuitatis noſtrae viros, primū ac potiſſimum exiſtimo, ſicut in caeteris negociis inſtitueram, noſſe quod ſuſcepi. Neque enim vllum omnis actus certius fundamentum crediderim, quā quae facienda quaeque vitanda ſint poſſe decernere. Nam quid viro tam indecorum & intolerabile, quam delegatū officium ex adiutorum agere praeceptis (quod fieri neceſſe eſt, quoties imperitia praeceſſit eius cui decernitur vſus) quorum etſi neceſſariae partes ſunt, tamen ad miniſterium vt manus quaedam & inſtrumentū agentis eſſe debent? Quapropter ea quae ad vniuerſam rem pertinentia contrahere potui, more iam per multa mihi officia ſeruato, in ordinem & velut in corpus deducta in hunc Commentarium contuli, quem pro formula admi-

niſtrationis reſpicere poſſem. In aliis autem libris, quos poſt experimenta & vſum compoſui, antecedentium res acta eſt, in hoc vero & inſequentium, cuius fortaſſe pertinebit & ad ſucceſſorem vtilitas. Sed cum inter initia adminiſtrationis meae ſcriptus ſit, in primis ad meam inſtitutionem regulamque proficiet. Ac ne quid ad totius rei pertinens notitiam praetermiſiſſe videar, nomina primũ aquarũ, quae in vrbem Romam influunt, ponam, tum per quos quaeque earum, & quibus Cõſulibus, & quoto poſt vrbem conditam anno perductae ſint: deinde quibus ex locis & a quoto miliario duci coepiſſent, quantum ſubterraneo riuo, quantum ſubſtructione, quantum opere arcuato: poſt, altitudinem cuiuſque, modulorũque rationem, & ab illis erogationes, quantum extra vrbẽ, quantum intra, quiſque modus, cuique regioni pro ſuo modulo vnaquaeq; aquarũ ſeruiat, quot caſtella publica priuataq; ſint, & ex his quantũ publicis operibus, quantũ muneribus (ita enim cultiores appellãt) quantum lacubus, quantũ nomine Caeſaris, quantũ priuatorũ vſui beneficio principis detur, quod ius tuendarũ ſit earũ, qua cõtumaces afficiantur poena, ex lege, ſẽnatuſconſultis, & mandatis principum irrogata.

AB vrbe condita per annos CCCCXLI. contenti fuerunt Romani vſu aquarum, quas aut ex Tiberi, aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebant. Fontium memoria cũ ſanctitate adhuc extat, & colitur. Salubritatẽ enim aegris corporibus afferre credũtur, ſicut C. Amaranus Apollinaris meminit. Nunc autem in vrbem influunt aquae Appia, Anio vetus, Martia, Tepula Iulia, Virgo, Alſietina, quae eadem

vocatur Auguſta,Claudia,Anio nouus

Appia, M. Valerio Maximo, P. Decio Murena COSS. anno XX. poſt initium Samnitici belli inducta eſt ab Appio Claudio Craſſo Cenſore,cui poſtea Caeco fuit cognomẽ,qui & viã Appiam a porta Capena vſque ad vrbem Capuam muniendã curauit. Collegã habuit C.Fabiũ, cui ob inquiſitas eius aquae venas Venocis cognomen datum eſt. Sed is quia intra annũ & ſex menſes deceptus a collega tãquam idem facturo, abdicauit ſe a cenſura,nomen aquae ad Appii tantũ honorem pertinuit, qui multis tergiuerſationibus extraxiſſe cenſurã traditur, donec & viã & huius aquaeductum conſummaret. Concipitur Appia in agro Lucullano via Praeneſtina, inter miliariũ VI. & VIII. diuerticulo ſiniſtrorſus paſſuũ DCCLXXX. Ductus eius habet longitudinem a capite vſq; ad Salinas(qui locus eſt ad portã Trigeminã) paſſuũ vndecimmilium centum nonaginta:ſubterraneo riuo paſſuũ vndecimmiliũ centum triginta:ſubſtructione & ſupra terrã opere arcuato proxime ad portã Capenã paſſuum LX. Iungitur ei ad Anionem veterẽ in confinio hortorum Torquatianorũ Alſietinae Auguſtae ramus ab miliario *, in ſupplementum eius addito cognomẽto decem gemellorum. Hic via Praeneſtina ad miliarium ſextũ diuerticulo ſiniſtrorſus paſſuũ DCCCCLXXX. proxime viam Collatiam accipit fontem,cuius ductus vſque ad gemellos efficit riuo ſubterraneo paſſuũ VI.milia CCCLXXX. Incipit diſtribui Vetus Anio vico Publicii ad portã Trigeminã, qui locus Salinae appellatur. Poſt annos XL. quam Appia perducta eſt,anno ab vrbe cõdita CCCCLXXXIX. M'.

CuriusDentatus,qui cenſurã cũ L.Papyrio Curſore geſſit, Anionis,qui nunc dicitur vetus, aquam perducendam in Vrbem ex manubiis de Pyrrho captis curauit,Spurio Garbilio L. Papyrio coss. Itẽ poſt biennium deinde actum eſt in Senatu de conſummando eius aquae opere. Itaque poſt annum nonum Minutius praetor edidit edictum. Tum ex ſenatuſconſulto Duumuiri aquae perducendae creati:Curius & Fuluius Flaccus locauerant. Curius intra quintum diem quam erat Duumuir creatus deceſſit, gloria perductae pertinuit ad Fuluium. Concipitur Anio vetus ſupra Tibur xx. miliario extra portam Raranam,vbi partim in Tiburtinum diſtribuitur vſum. Ductus eius habet longitudinem, ita exigẽte libramento,paſſuum XLII.milium:ex eo riuus eſt ſubterraneus paſſuum XLIII. miliũ CCXCVII. Subſtructio ſupra terrã paſſuum DCCII. Vigeſimoprimo anno poſt annos CXXVII.id eſt anno ab vrbe condita DCVIII. Seruio Sulpitio Galba & L. Aurelio Cotta coss. cũm Appiae Anioniſque ductus vetuſtate quaſſati priuatorum etiam fraudibus interciperentur,datum eſt a Senatu negocium M. Titio , qui tum praetor inter ciues & peregrinos ius dicebat , eorum ductuum reficiendorum & vindicandorum. Et quoniam incrementum Vrbis exigere videbatur ampliorem modum aquae , eidem mandatum a Senatu eſt, vt curaret quatenus alias aquas poſſet,in vrbem perduceret,& ampliores ductus faceret.Reipubl. cauſa tertio miliario opera fabrorum duxit, cui ab auctore Martiae nomen eſt. Legimus apud Feneſtellam in haec opera Marco decretum ſeſtertium IIII & octingenta, ſed quo-

niam ad conſummandum negocium non ſufficiebat, ſtatuit Senatus Praeturam in alterum annum prorogari. Eodem tempore Decemuiri dum aliis ex cauſis libros Sibyllinos inſpiciunt, inueniſſe dicuntur non eſſe aquam Martiam, ſed Anienem(de hoc enim conſtantius traditur)in Capitolium perducendam, deque ea re in Senatu a Lepidio pro collega verba faciente, actum Appio Claudio, Q. Caecilio coss. eandemque poſt annum tertium a L. Lentulo retractatam, C. Laelio, Q. Seruilio coss. ſed vtroque tempore viciſſe gratiam Marci Titij, atque ita eſſe in Capitolium aquam perductam. Concipitur Martia, via Valeria ad miliariũ XXXIII. diuerticulo euntibus ab vrbe Roma dextrorſus milium paſſuum trium villa Sublacenſi, atque ſub Nerone principe primum ſtrata ad miliarium trigeſimumoctauum ſiniſtrorſus intra ſpacium paſſuum ducentorũ finita ſubſtructionibus pene ſtatim ſtagnino colore praeuiridi. Ductus eius habet longitudinem a capite ad vrbem paſſuũ LX milium DCCX & ſemis, riuo ſubterraneo paſſuum LIIII milium CCLXVII ſemis, opere ſupra terram paſſuum VII milium CCCCXLIII. Eo longius ab vrbe pluribus locis priuatis & publicis & D vallis opere arcuato paſſuum CCCCLXIII. Propius vrbem a ſeptimo miliario ſubſtructione paſſuum CLXXXVIII. Reliquo opere arcuato paſſuum VI. milium CCCCLXX. Cn. Seruilius Caepio & L. Caſſius, Longinus qui Rauilla appellatus eſt, Cenſores, anno poſt vrbẽ conditam DCXXVII. M. Plautio Hipſapone, Ful. Flacco Conſulibus, aquam quae vocatur Tepula, ex agro Lucullano, quem quidam

Tuſculanum credunt, Romã & in Capitolium adducendam curauerunt. Tepula concipitur via Latina ad x i. miliarium diuerticulo euntibus ab Roma dextrorſus milium paſſuum duum, inde riuo ſuo in vrbem perducebatur, Iuliae poſt mixta: Nam Agrippa aedilis poſt primum conſulatũ Imperatore Caeſare Auguſto, M. Lelio Volcatio coss. anno poſt vrbẽ conditam DCCXIX. ad miliarium ab vrbe XII. via Latina euntibus ab Roma dextrorſus miliũ paſſuum XII. alteriuſque proprias vires collegit, & Tepulae riuum intercepit, acquiſitaeque ab inuentore nomen Iuliae eſt datum, ita tamen diuiſa erogatione, vt maneret Tepulae appellatio. Ductus Iuliae efficit longitudinẽ paſſuum xv. miliũ ccccxx vi. opere ſupra terrã paſſuum VII milium: ex eo in proximis vrbis locis a vii. miliario ſubſtructione paſſuum DXXVIII. reliquo opere arcuato paſſuum vi. milium CCCCLXXII. Praeter caput Iuliae transfluit aqua quae vocatur Crabra. Hãc Agrippa emiſit, ſeu quia vſum improbauerat, ſeu quia Tuſculanis poſſeſſoribus relinquendam credebat. Ea namque eſt, quam omnes villae tractus eius per vicem in dies moduloſque certos diſpenſatam accipiunt, ſed non eadem moderatione. Aquarii noſtri partẽ maximam eius ſemper in ſupplemẽtum Iuliae vindicauerunt, nec vt Iuliam augerent, quam hauriebant largiendo compendii ſui gratia. Excluſa ergo eſt Crabrã, & tota iuſſu Imperatoris reddita Tuſculanis, qui nunc forſitan non ſine admiratione eã ſumunt, ignari cuius cauſa inſolitam abundantiam habeant. Iulia autem, reuocatis deriuationibus per quas ſubripiebatur, modum ſuum quamuis notabi-

li ſiccitate ſeruauit. Eodem anno Agrippa ductus Appiae, Anienis, Martiae, paene delapſos reſtituit, & ſingulari cura cum compluribus ſalientibus aquis inſtruxit vrbem. Idem cum iam tertium conſul fuiſſet, C. Sentio, Sp. Lucretio COSS. poſt annum xiii. quam Iuliam deduxerat, Virginem in agro quoque Lucullano collectam Romam perduxit. Dies, quo primum in vrbem reſponderit, v. iduum Iunii inuenitur Virgo appellata, quod quaerentibus aquam militibus, puella virguncula quaſdam venas monſtrauit, quas ſecuti qui foderant, ingentem aquae modum inuenerunt. Aedicula fonti appoſita, hanc virginem pictura oſtendit. Concipitur ergo via Collatina ad miliarium octauum paluſtribus locis, Signino circumiecto continendarum ſcaturiginum cauſa. Adiuuatus ex compluribus aliis acquiſitionibus, venit per longitudinem paſſuum xiiii. milium CV. ex eo riuo ſubterraneo paſſuum vndecimmiliū DCCCLXV. ſupra terram per paſſus M.CCXL: ex eo ſubſtructione riuorum locis compluribus paſſuum DXL: opere arcuato paſſuum DCC. acquiſitionum ductus riui ſubterranei efficiunt paſſus M.CCCCV. Quae ratio mouerit Auguſtum prouidentiſſimum principem producendi Alſietinam aquam, quae vocatur Auguſta, non ſatis perſpicio, nullius gratiae, imo & parum ſalubrem, & nuſquā in vſus populi fluentem, niſi forte cum opus Naumachiae aggrederetur, ne quid ſalubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit: & quod Naumachiae coeperat ſupereſſe, hortis ſubiacentibus & priuatorum vſibus ad irrigandum conceſſit

Solet tamē ex ea in tranſtyberina regione, quoties pontes reficiuntur, & a citeriore ripa aquae ceſſant, ex neceſſitate in ſubſidium publicorum ſalientium dari. Concipitur ex lacu Alſietino via Claudia miliario xiiij. diuerticulo dextrorſus paſſuum vi. milium D. Ductus eius efficit longitudinē paſſuum vigintiduum milium ſeptuagintaduorum: opere arcuato paſſuum CCCLVIII. Idem Auguſtus in ſupplementum Martiae, quoties ſiccitates agerent, auxilio aliam aquam eiuſdem bonitatis opere ſubterraneo perduxit vſque ad Martiae riuum, quae ab inuentore appellatur Auguſta. Naſcitur vltra fontem Martiae, cuius ductus donec Martiae accedat, efficit paſſus DCCC. Poſt hos C. Caeſar, qui Tiberio ſucceſſit, cum parum & publicis vſibus, & priuatis voluptatibus VII. ductus aquarum ſufficere viderentur, altero imperii ſui anno M. Aquilio Iuliano. P. Nonio Aſprenate COSS. anno vrbis cōditae DCCXC. duos ductus inchoauit, quod opus Claudius magnificentiſſime conſummauit, dedicauitque Sulla & Tutiano COSS. anno poſt vrbem conditam DCCC. ſexto Kal. Auguſt. Alteri nomen, quod ex fontibus Caerulo & Curſio perducebatur, Claudiae datum, haec bonitate proxima Martiae: Altera, quoniam duae Anienis aquae in vrbem fluere coeperant, vt facilius appellationibus dignoſcerentur, Anio nouus vocari coepit, & quod illas omnes praeceſſerat prior Anio, cognomen ei veteris eſt adiectum. Claudia concipitur via Sublacenſi ad miliarium XXXVIII. diuerticulo ſiniſtrorſus intra paſſus CCC. ex fontibus duobus ampliſſimis & ſpecioſis, Caeruloque, qui a ſimilitudine appellatus

eſt,

eſt,& Curtio. Accipit & eum fontem qui vocatur Albudinus, tãtae bonitatis, vt Martiae quoque adiutorio quoties opus eſt ita ſufficiat, vt adiectione ſui nihil ex qualitate eius mutet. Auguſtae fons, quia Martiam ſibi ſufficere apparebat, in Claudiam deriuatus eſt, manente nihilominus praeſidiario in Martiam, vt ita demum Claudiam aquam adiuuaret Auguſta, ſi eam ductus Martiae non caperet. Claudiae ductus habet longitudinem paſſuum XLVI. milium. Ex eo riuo ſubterraneo paſſuum XXXVI. millũ CCXXX: opere ſupra terrã paſſuum X. milium LXXXI: ex eo opere arcuato in ſuperiori parte pluribus locis paſſuum trium milium & LXXVI. & prope vrbẽ a VII. miliario ſubſtructione riuorum per paſſus DCIX; opere arcuato paſſuum VI. milium CCCCXCI. Anio nouus Sublacenſi via ad miliarium XXII. in ſuo riuo excipitur ex flumine, quod cum terras cultas circum ſe habeat ſoli pinguis, & inde ripas ſolutiores, etiam ſine pluuiarum iniuria limoſum & turbulentum fluit; ideoque a faucibus ductus interpoſita eſt piſcinia limaria, vbi inter amnem & ſpecum conſiſteret & liquaretur aqua. Sic quoque quoties imbres ſuperueniunt, turbida peruenit in vrbem. Iungitur ei riuus Herculaneus, oriens eadem via ad miliarium XLIII. e regione fontium Claudiae transflumẽ viamque, natura puriſſimus, ſed mixtus gratiam ſplendoris ſui amittit. Ductus Anienis noui efficit paſſus LVIII. milia DCC: ex eo riuo ſubterraneo paſſus XLIX. milia CCC. opere ſupra terram paſſus IX. milia CCCC: & ex eo ſubſtructionibus aut opere arcuato ſuperiori parte pluribus locis paſſus XII. milia DCCC: & propius vrbẽ a

XII. miliario ſubſtructione riuorum paſſus DCIX. opere arcuato paſſus VI. millia CCCCXCI. Hi ſunt arcus altiſſimi ſubleuati in quibuſdam locis CIX. ped. Tot aquarũ tam multis neceſſariis molibus, pyramidas videlicet ocioſas cõparem, aut caetera inertia, ſed fama celebrata Graecorum opera? Nõ alienum mihi viſum eſt longitudines quoque riuorum cuiuſque ductus & per ſpecies operum complecti. Nam cum maxima huius officii pars in tutela eorũ ſit, ſcire praepoſitum oportet quae maiora impendia exigant. Noſtrae quidem ſolicitudini non ſuffecit ſingula oculis ſubiec iſſe, ſed formas quoque ductuum facere curauimus, ex quibus apparet vbi valles quantaeq;, vbi flumina traiicerentur, vbi mõtium lateribus ſpecus appliciti, quantoque maiorẽ aſſiduamque perterendi ac muniendi hi exigãt curam. Hinc illa contingit vtilitas, vt rem ſtatim velut in conſpectu habere poſſimus, & deliberare tanquã aſſiſtentes. Aquae omnes diuerſa in vrbẽ libra proueniunt. Inde fit, vt quaedam altioribus locis ſeruiant, & quaedam ire eniti in eminentiora non poſſint: nam & colles ſi ſint, propter frequentiã incendiorum ruderibus excreuerũt. Quinque enim ſunt ductuum altitudines, quarũ duae in omnem partẽ vrbis attolluntur, ſed ex reliquis aliae maiore, aliae leuiore preſſura coguntur. Altiſſimus Anio eſt nouus, proxima Claudia, tertium locum tenet Iulia, quartum Tepula, dehinc Martia, quae capite etiam Claudiae libram aequat. Sed veteres humiliore directura perduxerunt, ſiue nondum ſubtili explorata arte librandi, ſeu quia ex induſtria infra terram aquas mergebant, ne facile ab hoſtibus intercipe-

rentur, cum frequentia adhuc contra Italicos bella gererentur. Iam tamen quibuſdam locis, ſicubi ductus vetuſtate dilapſus eſt, omiſſo circuitu ſubterraneo vallis tractus, breuitatis cauſa, ſubſtructionibus, arcuationibuſque traiiciuntur. Sextum tenet librae locum Anio vetus, ſimiliter ſuffecturus & altioribus locis vrbis, ſicubi vallium ſubmiſſarumque regionum conditio exigit, ſubſtructionibus arcuationibuſque veteres exigentur. Sequitur huius libram Virgo, deinde Appia; quae cum ex vrbano agro perducerentur, non in tantum altitudinis erigi potuerunt. Omnibus humilior Alſietina eſt, quae tranſtyberinae regioni, & maxime ſubiacentibus locis ſeruit. Ex his via Latina, ſex intra VII. miliariū contectis piſcinis excipiuntur, vbi quaſi reſpirante riuorum curſu limum deponunt. Modus quoque earum menſuris ibidem poſitis initur.

Vna autem Iulia, Martia quoque, quae Tepula intercepta, ſicut ſupra demonſtrauimus, riuo Iuliae acceſſerat, nūc a piſcina eiuſdē Iuliae modū accipit, ac proprio canali & nomine venit, & a piſcinis in eoſdē arcus recipiūtur. Sūmus iis eſt Iuliae, inferior Tepulae, deinde Martiae, quae ad librā collis Viminalis coniūgitur. Intra * eūtes ad Viminalē vſque portā deueniūt, vbi rurſus emergūt. Prius tamē pars Iuliae ad ſpē veterē excepta, caſtellis CCLII. montis vſibus diffunditur. Martia autē parte ſui poſt hortos Pallātianos in riuū, qui vocatur Herculaneus, deiicit ſe per Cœliū. Ductus ipſius, mōtis vſibus, nihil, vt inferior, ſubminiſtrās, initur ſupra portā Capenam. Anio nouus cum Claudia a piſcinis in altiores arcus recipiuntur, ita vt ſuperior ſit Anio.

Finiuntur arcus eorum poſt hortos Pallantianos, inde in vſum vrbis fiſtulis deducuntur: partem tamen ſui Claudia prius in arcus, qui vocatur Neroniani, ad ſpem veterem transfert. Ii directi per Coelium montem iuxta templum Diui Claudii terminantur. Modum quem acceperunt, aut circa ipſum montem Coelium, aut in palatium Auentinumque & in tranſtyberinam regionem dimittunt. Anio vetus citra quartum miliarium intra no * viae qua a Latina in Labicanam itur, arcus traiicit, & ipſe piſcinam habet. Inde intra ſecundum miliarium partem dat in ſpecum, qui vocatur Octauianus, & peruenit in regionem viae nouae ad hortos Aſinianos, vnde per illum tractum diſtribuitur. Rectus vero ductus ſecundum ſpem veterem veniens, intra portam Exquilinam in altos riuos per vrbem deducitur. Nec Virgo, nec Appia, nec Alſietina conceptelas, id eſt piſcinas, habent. Arcus Virginis initiũ habent ſub hortis Lucullianis, finiuntur in campo Martio ſecundum frontem ſeptorũ. Riuus Appiae ſub Coelio monte & Auentino actus emergit, vt diximus, infra cliuũ Publicii Alſi, & inde eductus eſt in Naumachiam, nam eius cauſa videtur factus.

QVoniam autores cuiuſque aquae & aetates praeterea ordines & longitudines riuorum, & ordinem librae perſecutus ſum, non alienum mihi videtur etiam ſingula ſubiicere, & oſtendere quanta ſit copia, quae publicis priuatiſque non ſolum vſibus & auxiliis, verumetiam voluptatibus ſufficit, & per quot caſtella, quibuſque regionibus deducatur, quantum extra vrbem, quantum intra vrbem, & ex eo quantum lacubus, quantum mune-

ribus,quātū operibus publicis,quantū nomine Caeſaris, quantum priuatis vſibus erogetur. Sed rationis exiſtimo, priuſquam nomina quinariarum centenariarumque & caeterorum modulorum, per quos menſura conſtituta eſt,proferamus, indicare quae ſit eorum origo, quae vires,& quid quaeque appellatio ſignificet,praepoſitaque regula,ad quam ratio eorum & initium computatur,oſtend.re qua ratione diſcrepantia inuenerim,&quam emendandi viam ſim ſecutus. Aquarum moduli aut ad digitorum,aut ad vnciarum menſuram inſtituti ſunt: Digiti in campania & in pleriſque Italiae locis, Vncia in pupula: ita haec obſeruantur. Eſt autem digitus,vt conuenit, ſextadecima pars pedis: vncia duodecima. Quemadmodum autem inter vnciam &digitum diuerſitas,ita & ipſius digiti ſimplex obſeruatio non eſt.nam alius vocatur quadratus,alius rotundus. Quadratus tribus quartiſdecimis ſuis rotundo maior: Rotundus tribus vndecimis ſuis quadrato minor eſt:ſcilicet quia anguli deterūtur. Poſtea modulus nec ab vncia, nec ab alterutro digitorum originem accipiens inductus, vt quidam putant,ab Agrippa, vt alii, a plumbariis, per Vitruuium architectum in vſum vrbis excluſis prioribus venit appellatus quinario nomine. Qui autem Agrippam autorem faciunt, dicunt quod quinque antiqui moduli exiles & veluti puncta, quibus olim aqua cum exigua eſſet diuidebatur, in vnam fiſtulam coacti ſunt. Qui Vitruuium & plumbarios, ab eo quod plumbea lamina plana quinque digitorum latitudinem habens, circumacta in rotundum hunc fiſtulae modulum efficiat. Sed hoc

incertum eſt, quoniam cum circumagitur, ſicut interiore parte attrahitur, ita per illā quae foras ſpectat extenditur. Maxime probabile eſt quinariam dictam a diametro quinque quadrantū: quae ratio in ſequentibus quoque modulis vſque ad vicenariā durat, diametro per ſingulos adiectione ſingulorū quadrātum creſcente, vt in ſenaria quae ſex ſcilicet quadrantes in diametro habet, & ſeptenaria quae ſeptem, & deinceps ſimili incremento vſque ad vicenariam. Omnis autem modulus colligitur aut a diametro, aut perimetro, aut ex recto menſurae, ex quibus & capacitas apparet. Differentiam vnciae, digiti quadrati, & digiti rotūdi, & ipſius quinariae, vt & facilius dignoſcamus, vtendum eſt ſubſtātiae quinariae, qui modus & certiſſimus & maxime receptus eſt. Vnciae ergo modulus habet diametri digitum vnum & trientem digiti, capit pluſquā quinariae octaua hoc eſt ſeſcuncia quinariae & ſcrupulis tribus & beſſe ſcrupuli. Digitus quadratus in rotundū redactus, habet diametri digitum vnum, & digiti ſeſcunciā ſextulam, capit quinariae dextantē. Digitus rotundus habet diametri digitum vnū, capit quinariae ſeptuncem, ſemunciam ſextulā. Caeterum moduli qui a quinaria oriuntur, duobus generibus incrementum accipiunt, & vna cum ipſa multiplicatur, id eſt, eodem lumine plures quinariae includuntur. In quibus ſecundum adiectionē quinariarum amplitudo luminis creſcit. Eſt autem fere nunc in vſum, cum plures quinariae impetratae fuerint, ne in viis ſaepius conuulneretur vna fiſtula, vt excipiantur in caſtellum, ex quo ſinguli ſuum modum recipiunt. Alterum genus eſt, quo-

ties non ad quinariā neceſſitatem fiſtula incrementum capit,ſed ad diametri ſui menſuram, ſecundū quod & nomen accipit,& capacitatem ampliat, vtputa quinariam. Cum adiectus eſt ei ad diametrū quadrans,ſenarium facit,nec iam in ſolidum capacitatem ampliat. Capit enim quinariam vnā, quincuncem ſicilicum,& deinceps eadem ratione quadrantibus diametro adiectis,vt ſupra dictū eſt, creſcunt,ſeptenaria, octonaria, vſque ad vicenariam. Subſequitur illa ratio quae conſtat ex numero digitorū quadratorum , qui area, id eſt lumine cuiuſque moduli continetur,a quibus & nomen fiſtulae accipiunt:nam quae habet areae, id eſt luminis , in rotundum coacti digitos quadratos xxv. vicenumquinum appellatur. Similiter tricenaria,&deinceps per incrementum digitorum vſque ad cētenumuicenum.In vicenaria fiſtula,quae in confinio vtriuſque rationis poſita eſt,vtriuſque rationi pene congruit. Nam habet ſecundum eam cōputationem, quae interiacentibus modulis ſeruanda eſt in diametro, quadrātes xx. cum diametri eiuſdem digiti quinque ſint. & ſecundū eorum modulorum rationem qui ſequuntur ad eā, habet digitorum quadratorum ex gnomoniis xx.Ratio fiſtularum quinariarum vſque ad centenum vicenum per omnes modulos ita ſe habet,vt oſtēdimus , & in omni genere inita cōſtat ſibi.Cōuenit & cum his modulis qui in cōmentariis inuictiſſimi & piiſſimi Principis poſiti & cōfirmati ſunt. Siue itaque ratio,ſiue auctoritas ſequēda eſt,vtrique commētariorum moduli praeualent:ſed aquarii cum manifeſtae rationi pluribus conſentiant, in quatuor modulis nominauerunt

duodenaria,& vicenaria,& centenaria , & centenũuicenum. Duodenariae quidem , quod nec magnus error nec vſus frequens eſt, diametro adiecerunt digiti ſemunciam , ſicilicum capacitati quinariae & beſſem. Reliquis autem tribus modulis plus deprehenditur. Vicenariam exiguiorem faciũt diametro digiti ſemiſſe , capacitate quinariis tribus & ſemuncia,quo modulo plerumque erogatur. Centenaria autem& centenum vicenum quibus aſſidue accipiunt non minuuntur, ſed augentur , nec vſu frequens eſt, diametro adiecerunt trientis beſſem & ſemunciam,capacitati quinarias x. ſemiſſem ſemunciam ſicilicum. Centeno viceno diametro adiiciunt digitos tres ſeptuncem ſemunciam , capacitati quinarias LXVI. ſextantem.Ita dum aut vicenariae, quas ſubinde erogant,detrahunt,aut centenariae & centenumuicenum adiiciunt , quibus ſemper accipiunt,intercipiuntur in centenaria quinariae XXVII.in cẽtumuicenũ quinariae LXXXVI.vncia: quod cũ ratione approbetur,re quoq; ipſa manifeſtum eſt.Nam pro vicenaria,quã Caeſar pro quinariis ſexdecẽ aſſignat,non plus erogãt quã tredecim, & ex centenaria quã ampliauerũt , aeq; certũ eſt illos non erogare niſi ad arctiorẽ numerũ,quem Caeſar ſecundũ ſuos commentarios cũ ex quaque centenaria expleuit, quinarias octoginta vnã ſe Item ex centenumuicenũ quinarias XCVIII. tanquã exhauſto modulo deſinit diſtribuere. In ſumma moduli ſunt xxv.omnes conſentiunt,& rationi, & cõmentariis,exceptis iis quatuor,quos aquarii nominauerũt.Omnia autem quae menſura continentur , certa & immobilia congruere ſibi debent:

ita enim vniuerſitatis ratio conſtabit, & quemadmodum, verbi gratia, ſextarii ratio ad cyathos, modij vero & ad ſextarios & ad cyathos reſpondent, ita & quinariarum multiplicatio in amplioribus modulis ſeruare ſequentiae ſuae regulam debet: alioqui cum in erogatorio modulo minus inuenitur, in acceptorio plus, apparet non errorem eſſe, ſed fraudem. Meminerimus omnem aquam quoties ex erogatorio venit, & intra breue ſpacium in caſtellum cadit, non tantum reſpondere modulo ſuo, ſed etiam exuperare. Quoties vero ex humiliore, id eſt, ex minore preſſura lõgius ducatur, ſegnitiam ductus modum quoque deperdere: ideo ſecundum hanc rationem, aut onerandam eſſe erogationem aut releuandam. Sed & calicis poſitio habet momentum; ſi in rectum & ad libram collocatus eſt, modum ſeruat; & ad curſum aquae ſi oppoſitus deuexuſque, amplius rapit: ad latus autem praetereuntis aquae conuerſus & ſupinus, nec ad hauſtum pronus, ſegniter exiguumque ſumit. Eſt autem calix modulus aeneus, qui riuo vel caſtello induitur, huic fiſtulae applicatur, lõgitudo eius habere debet digitos non minus xij. lumen, id eſt capacitatem quanta imperata fuerit. Excogitatus videtur, quoniam rigor aeris difficilior ad flexum nõ temere poteſt laxari vel coarctari. Formula modulorum, qui ſunt omnes xxv. ſubiecti, quamuis in vſu xv. tantũ frequentes ſint, directa eſt ad rationem, de qua locuti ſumus, emendatis quatuor, quos aquarij nominauerant. Secundum quã fiſtulae omnes opus facientes dirigi debent, aut ſi hae fiſtulae manebũt, ad quinarias quo capitur computari. Qui non ſunt

in vſu moduli, in ipſis eſt adnotatum, & diametri trientem digitum dico quam quinariae ſexcuncia, & ſcrupulis tribus, & beſſe ſcrupuli. Digitus quadratus in longitudine & latitudine aequalis eſt. Digitus quadratus in rotundum redactus habet diametri digitum vnum, & digiti ſexcunciam ſextulam, capit quinariae dextantem. Digitus rotũdus habet diametri digitum vnum: capit quinariae ſeptuncẽ ſemunciam ſextulam. Fiſtula quinaria diametri digitum vnum digitos tres 3zzıı ı ı. Capit quinariá vnam. Fiſtula ſenaria diametri digitum vnum ſemis, perimetri digitos quattuor 82v3ıııı. capit quinarias ix. ı 373. Fiſtula ſeptenaria diametri digitũ vnũ ı 8: —perimetri digitos ſex capit quinarias *⁎* l. In vſu non eſt fiſtula octodiametri digitos duos, perimetri digitos ſex capit, quinarias ı ı. quinque. Fiſtula denaria demetri digitos ſeptem 3. Lıııı. capit quinarias quattuor. Fiſtula duodenaria diametri digitos ſex capit quinarias quinque, in vſu non eſt, vnde eſt alia, apud aquarios habebat diametri digitos ııı ı 5 3v. Capacitatis quinarias ſex. Fiſtula quinundenum diametri digitos quattuor. z. perimetri digitos x ı ı zL. alia capit quinarias nouem. Fiſtula vicenaria diametri digitos octo. 3 ı ı capit quinarias ſexdecim. apud aquarios habebat diametri digitos octo.

Capacitatis quinas. Fiſtula vicenũquinum diametri digitos decem & ſeptẽ capit, quinarias viginti

In vſu non eſt fiſtula tridenaria diametri v ı

perimetri digitos decem & nouem

capit quinarias viginti quatuor zz 3. quinque fiſtula tricenij quinum diametri digitos ſex. 3 ı ı ı.

perimetri digitos capit quinarias viginti, in vſu non eſt fiſtula quadragenaria diametri digitos ſeptem perimetri digitos xxii. capit quinarias xxxii. Fiſtula quadragenũquinum diametri digitos xii. & viii. perimetri digitos xxxiiii. capit quinarias xxxvi. octo in vſu non eſt. Fiſtula quinquagenaria diametri digitos ſeptem. quinque perimetri digitos xxxi. iiii, capit quinarias xl. iiii. Fiſtula quinquagenum quinum, diametri digitos viii. x. perimetri digitos xxvi. capit quinarias xliiii ix. in vſu non eſt. Fiſtula ſexagenaria diametri digitos xxix. capit quinarias xlix. vi. Fiſtula ſexagenũ quinũ quinaria diametri digitos ix. zlii. perimetri xxvi ii. 3. capit quinarias lii. octo in vſu non eſt Fiſtula ſeptuagenaria diametri digitos ix. zzz. ſex perimetri xxix. capit quinarias lii. 3. ſex. Fiſtula ſeptuagenum quinum diametri digitos xi. vi. perimetri digitos. xxx. capit quinarias xli. in vſu non eſt. Fiſtula octogenaria diametri digitos decem xii. perimetri digitos xxxii. capit quinarias lxii. Fiſtula octogenum diametri digitos x. perimetri digitos xxx. in vſu non eſt. Fiſtula nonagenaria diametri digitos x. x. perimetri digitos xxxiii. capit quinarias lxxiii, iiii. Fiſtula nonagenum quinum diametri digitos x. S. perimetri digitos iiii. & capit quinarias lxxviii. in vſu non eſt. Fiſtula centenaria diametri digitos xi. ix, perimetri digitos xxxii. capit quinarias lxxxi. apud aquarios habebat dia-

metri digitos x i i. capacitatis quinarias xc i i. Fiſtula centenum vicenum diametri digitos xii. perimetri digitos xxxv i i i. capit quinarias xxxlvi i i. apud aquarios habebat diametri digitos x i i i. capacitatis quinarias clx i i i. Qui modus duarum centenariarum eſt.

FINIS PRIMI LIBRI.

IVLII FRONTINI DE AQVAE DVCTIBVS VRBIS ROMAE

LIBER II.

PERSECVTVS ea quae de modulis dici fuit neceſſarium, nunc ponam quemadmodum quaeque aquarum principiũ commentariis comprehẽſum vſque ad noſtram curam habere viſa ſit, quantũ quaeque erogauerit, deinde quae ipſi ſcrupuloſa inquiſitione, praeeunte prouidentia optimi diligentiſſimique principis Neruae, inuenerimus. Fuerunt ergo in commentariis in vniuerſo quinariarum x i i. milia d c c l v: in erogatione x i i i i. milia xviii. plus in diſtributione quam in accepto computabantur quinariae mcclx i i i. Huius rei admiratio, cum praecipuum officij opus in exploranda fide aquarum, atque copia credere, non mediocriter me conuertit ad ſcrutandum quẽadmodum amplius erogaretur quam in patrimonio, vt ita dicam, eſſet. Ante omnia itaque capita ductuũ

metiri aggreſſus ſum, ſed longe, id eſt circiter quinariis x. milibus ampliorem quam in commentariis modum inueni, vt per ſingulas demonſtrabo.

APpiae in commẽtariis aſcriptus eſt modus quinariarum DCCC. Vniuſcuiuſque ad caput inueniri menſura non potuit, quoniam ex duobus riuis conſtat. Ad gemellas tamen, qui locus eſt intra ſpem veterem, vbi iungitur cum ramo Auguſtae, inueni altitudinem aquae pedes quinque, latitudinẽ aquae pedis vnius & dodrantis. Fiunt areae pedes octo & dodrans, centenariae XXII. & quadragenariae, quae efficiunt quinarias MDCCCCXXV. amplius quam in commentariis habent quinarias DCCCCLXXXIII. erogabat quinarias DCCIIII minus quã in cõmẽtariis aſcribitur quinariis CXXXVII. & adhuc minus quam ad gemellas menſura reſpondet quinariis MCXXI. Intercidit tamen aliquantum ex ductus vitio, qui cum ſit depreſſior non facile manationes oſtendit, quas ei ineſſe ex eo apparet, quod in pleriſque vrbis partibus praebita aqua obſeruatur, idque quod ex eo manat. Sed & quaſdam fiſtulas intra vrbem inuentas deprehendimus. Extra vrbem autem propter preſſuram librae, quae fit cis terram ad caput pedibus L. nullam accipit iniuriam, ſicut inueni. Anieni veteri aſcriptus eſt modus in commentariis quinariarum MCCCCXXI. ad caput inueni quatuor milia CCCXCVIII. praeter eum modum qui in proprium ductum Tiburtinum deriuatur. Amplius quam in commentariis eſt quinariis duobus milibus DCCCLVII. Erogabãtur antequam ad piſcinam perueniret, quinariae ducẽtae ſexagintaduae. Modus in piſcina quae per menſuras poſitas ini-

tur,efficit quinarias duo milia trecentas ſexaginta duas. Intercidebant ergo inter caput & piſcinam quinariae MDCCLXXIIII. erogabat poſt piſcinã quinarias MCCCXLVIII. amplius quam in cõmentariis conceptionis modum ſignificari diximus quinariis LXIII. minus quam recipi in ductum poteſt. Nam poſuimus quinarias MXIIII. Summa quae inter caput & piſcinam,& poſt piſcinam intercidebat, quinariarũ II. milium DCCLXXXVIII. quod errore menſurae fieri ſuſpicarer, niſi inueniſſem vbi auerterentur mille CLXII. Martiae in commentariis aſcriptus eſt modus quinariarum duo milium centumſexagintaduarum. Ad caput menſus inueni quinarias quatuor milia ſexcentas nonaginta, amplius quam in commẽtariis eſt quinariis duobus milibus quingentis vigintiocto. Erogabantur antequam ad piſcinam perueniret, quinariae XCV. & dabantur in adiutorium Tepulae quinariae XCII. Item Anieni quinariae CLXIIII. Summa quae erogabatur ante piſcinam, quinariae CCCLI. Modus qui in piſcinam menſuris poſitis cum eo qui circa piſcinae ductum eodem canali in arcu excipitur, efficit quinarias II. milia DCCCCXLIIII. Sũma quae aut erogatur ante piſcinam, aut in arcu recipitur quinariarum III. milium CCXCV. amplius quam in conceptis cõmẽtariorum poſitum eſt quinariis MCXXIII. minus quam menſurae ad caput actae efficiunt quinariis MCCCXCV. Erogabat poſt piſcinam quinarias MDCCCXL. minus quam in commentariis conceptionis ſignificari diximus quinariis CCXXVII. minus quam ex piſcina in arcus recipiuntur, ſunt quinariae MCIIII Summa vtraque quae intercidebãt aut inter caput

& piſcinam, aut poſt piſcinam quinariarum duum miliumquingentarum, quas ſicut in caeteris pluribus locis intercipi deprehendimus. Non enim eas ceſſare manifeſtum eſt, etiam ex hoc eo quod e capite praeter eam menſuram quam nos comprehendiſſe capacitate ductus poſuimus, effunduntur amplius CCC. quinariae. Tepulae in commentariis aſcriptus eſt modus quinariarum quadringentarum. Huius aquae fontes nulli ſunt, venis quibuſdam conſtabat, quae interceptae ſunt in Iulia. Caput ergo eius obſeruãdum eſt a piſcina Iuliae. Ex ea enim primum accipit quinarias CXC. deinde ſtatim ex Martia quinarias XCII. Praeterea ex Aniene nouo ad hortos Epaphroditianos quinarias CLXIII. Fiũt omnes quinariae CCCCXLV. amplius quam in commentariis quinariis XLV. quae inde erogantur, nec comparent. Iuliae in cõmentariis aſcriptus eſt modus quinariarum DCXLIX. ad caput menſura iniri non potuit, quoniam ex pluribus acquiſitionibus conſtat, & ad ſextum ab vrbe miliarium vniuerſa in piſcinam recipitur, vbi modus eius manifeſtis menſuris efficit quinarias MCCVI. amplius quam in commentariis quinariis DLIII. Praeterea accepit prope vrbem poſt hortos Pallantianos ex Claudia quinarias CLXII. Eſt omne Iuliae in acceptis quinariae MCCCLXVIII. ex eo dat in Tepulam quinarias CXC. Erogat ſuo nomine DCCCIII: fiunt quas erogat quinariae DCCCCXCIII. amplius quam in commentariis habet quinarias CCCXLIII. minus quam in piſcina habere poſuimus CXXIII. quas ipſas apud eos qui ſine beneficiis Principis vſurpabant deprehendimus. Virgini in com-

mētariis aſcriptus eſt modus quinariarum DCCLII. minus. Menſura ad caput inueneri non potuit, quoniam ex pluribus acquiſitionibus conſtat, & leniore riuo intrat prope vrbem ad miliarium ſeptimum in agrum, qui nunc eſt ceroni commodi vbi velociorem curſum habet. Menſuram egi, quae efficit quinariarum duo milia DIIII. amplius quam in cōmentariis quinariis mille DCCLII. Omnibus approbatio noſtra expeditiſſima eſt. Erogāt enim omnes quas menſura deprehendimus ad duo milia DIIII. Alſietinae conceptionis modus nec in commentariis aſcriptus eſt, nec in re praeſēti certus inueniri potuit, cū ex lacu Alſietino, & deinde circa careas ex Sabatino, quantum aquarii temperauerunt, habet nō plus quinariis duobus milibus. Claudia abundantior aliis maxime iniuriae expoſita eſt. In commentariis habet non plus quinariis duobus milibus octingentis quinquagintaquinque, cum ad caput inuenerim quinarias IIII. milia DCVII. amplius quā in commentariis mille DCCLII. Adeo autem noſtra certior eſt menſura, vt ad ſeptimum ab vrbe miliarium, in piſcina vbi indubitatae menſurae ſunt, inueniamus quinariarum tria milia CCCXII. plus quam in commentariis CCCCLVII. quamuis & ex beneficiis ante piſcinam eroget, & plurimum ſubtrahi deprehenderimus, ideo quod minus inueniatur, quam reuera eſſe debeant quinariis mille CCXCV. & circa erogationem fraus apparet, quod neque ad cōmentariorum fidem, neque ad eas quas ad caput egimus mēſuras, neque ad illas ſaltem piſcinas poſt tot iniurias conuenit: Solae enim quinariae mille DCCL. erogantur minus quam commentariorū ratio

dat

dat quinariis mille cv. minus autem quam menſurae ad caput factae demõſtrauerunt quinariis duobus milibus DCCCLVII. minus etiam quam in piſcina inuenit quinariis mille DLXII. Itaque cum ſyncera in vrbem proprio riuo perueniret, in vrbe miſcebatur cum Aniene nouo, vt confuſione facta, & conceptio earum, & erogatio eſſet obſcurior. Quod ſi qui forte me acquiſitionum menſuris blandiri putant admonendi ſunt Curtium & Caeruleum fontes aquae Claudiae ſufficere ad praeſtandas ductui ſuo quinarias quas ſignificaui IIII. milium DCVII. vt praeterea mille DC. effundantur. Nec eo inficias quin ea quae ſuperfluunt, non ſint proprie horum fontium. Capiuntur enim ex Auguſta, quae inuenta in Martiae ſupplementum, dum illa non indiget, adiecimus fontibus Claudiae: quãuis ne huius quidem ductus omnem aquã recipiat. ANIO nouus in commentariis habere ponebatur quinarias III. milium CCLXIII. menſus ad caput reperi quinarias IIII. milium DCCXXXVII. amplius quam in conceptelis cõmentariorum eſt quinariis mille CCCCLXXV. quarum acquiſitionem non auide me amplecti quo non alio modo manifeſtius probem quam erogatione ipſorum commentariorum, maior pars earum continetur. Negatur enim quinariarum IIII. milium CCXI. alioquin in eiſdem commentariis inuenitur conceptio, non amplius quam trium miliũ CLXIII. Praeterea intercipi non tantum quingẽtas XXVII. quae inter menſuras noſtras & erogationem interſunt, ſed & longe ampliorem modum deprehendi; ex quo apparet etiam exuberare comprehenſam a nobis menſuram. cuius rei ratio eſt, quod vis

aquae rapacior,vt ex largo & celeri flumine excep-velocitate ipſa ampliat modum. Non dubito aliquos annotaturos quod longe maior copia actis menſuris inuenta ſit, quam erat in commentariis Principum. Cuius rei cauſa error eſt eorum qui ab initio parum diligenter vniuſcuiuſque fecerũt aeſtimationẽ,ac ne metu aeſtatis ae ſiccitatũ intantum a veritate eos receſſiſſe credam,conſtantibus quidem ipſis menſuris Iulio menſe, hanc vniuſcuiuſque copiam quae ſupraſcripta tota eſt deinceps aeſtate durante explorauerim. Quaecunque tamen eſt cauſa a qua procedit illud, vtique detegitur x. milia quinariarum intercidiſſe, dum beneficia ſua princeps ſecundum modum commentariis aſcriptum temperat.Sequens diuerſitas eſt, quod alius modus cõcipitur ad capita,alius,nec exiguo minor, in piſcinis, minimus deinde in diſtributione continetur, cuius rei cauſa eſt fraus aquariorum, quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum vſum deriuare deprehendimus.Sed & plerique poſſeſſorum ex quorum agris aquae circunducuntur,fraude formas riuorũ perforãt:vnde fit vt ductus publici hominibus priuatis vel ad hortorũ vſum ſubſeruiãt,vel ad itinera ſuſpẽdãt. Ac de vitiis eiuſmodi nec plura,nec meliora dici poſſunt, quam a Coelio Ruffo dicta ſunt in ea concione cui titulus eſt de aquis, quae nunc nos omnia ſimili licentia vſurpata, vtinam non per offenſas probaremus. Irriguos agros, tabernas, coenacula, & corruptelas denique omnes perpetuis ſalientibus inſtructas inuenimus, non quod falſis titulis aliae pro aliis aquae erogabantur, etiãſi inter leuiora caeteris vitia.inter ea tamẽ quae emẽ-

dationem videbantur exigere,mirandum eſt, quod fere circa montem Coelium & Auentinum accidit, qui colles prius quàm Claudia perduceretur,vtebãtur Martia & Iulia : ſed poſteaquam Nero Imperator Claudiam opere arcuato aſſumpſit, exceptã vſque ad tẽplum Diui Claudii perduxit, vt inde diſtribueretur,priores nõ ampliatae,ſed amiſſae ſunt: nulla enim caſtella adiecit, ſed iiſdem vſus quorum quamuis mutata aqua,vetus appellatio manſit.

Satis iam de modo cuiuſque & veluti noua quadã acquiſitione aquarũ, & fraudibus,& vitiis, quae circa eas erant,dictum eſt:ſupereſt vt erogationem, quam confectam, vt ſic dicã, in maſſam inuenimus, imo & falſis nominibus poſitam,per nomina aquarũ,vti quaeque ſe habet, & per regiones vrbis digeramus.Cuius cõprehenſionẽ ſcio non ieiunam tãtũ, ſed etiam perplexam videri poſſe. Ponemus tamen quambreuiſſime,ne quid velut formulae officij deſit his, quibus ſufficiet cognouiſſe ſumma: licebit tamen tranſire leuiora. Vt ergo diſtributio quinariarum XIIII.millium X.& VIII. Ita & quadrigenariarũ XXXVI.quia vna quandoque ex quibuſdã aquis in adiutorium aliarũ datur,& bis in ſpeciem erogationis cadit,ſed ſemel in cõputationẽ venit. Ex his diuidũtur extra vrbẽ quinariae iiij. milia LXIII. ex quibus nomine Caeſaris quinariae mille DCCXXVII. priuatis quinariae ij.milia CCCXXXVI.Reliquae intra vrbem mille DCCCCLV. diſtribuebantur in caſtella CCXLVII. quibus erogabantur ſub nomine Caeſaris quinariae mile DCCVII ſemis: priuatis quinariarum III. milia DCCCXLVII vſibus publicis quinariarum IIII. milia CCCCI. ex eo caſtris

ducentis quinariae CCLXXIX. operibus publicis ſeptuagintaquinque quinariae MMCCCCI. muneribus trigintanouem quinariae CCCLXXXIII. lacubus quingentis nonaginta vno quinariae MCCCXXXV. Sed & haec ipſa diſpenſatio per nomina aquarũ ad regiones vrbis partienda eſt. Ex quinariis ergo quatuordecim milibus x. & VIII. quam ſummam erogationibus omnium aquarum expoſuimus, dantur nomine Appiae extra vrbem quinariae tantummodo quinque, quoniam libra humilior oritur, & a metitoribus reliquae quinariae DCXCIX. intra vrbem diuidebantur per regiones ſecundam, V. VIII. IX. XI. XII. XIII. XIIII. in caſtella XX. ex quibus nomine Caeſaris quinariae CLI. priuatis quinariae CXCIIII. publicis quinariae CCCLIIII. ex eo caſtris vnis quinariae IIII. operibus publicis quatuordecim quinariae CXXIII. muneri vni quinariae II. lacubus nonagintaduobus quinariae CCXXVI. Anionis veteris erogabantur extra vrbem nomine Caeſaris quinariae CLXIX. priuatis quinariae CCCIIII. Reliquae quinariae mile DVIII. ſemis, intra vrbem diuidebantur per regiones primam, III. IIII. V. VI. VII. VIII. XII. XIIII. in caſtella XXXV. ex quibus nomine Caeſaris quinariae LX. vſibus priuatis quinariae CCCXC. publicis quinariae CLIII. ex eo caſtris vnis quinariae L. operibus publicis decẽ & nouem quinariae CXCVI. muneribus nouem quinariae LXXXVIII. lacubus nonaginta quatuor quinariae CCXVIII. Martiae erogabantur extra vrbem nomine Caeſaris quinariae CCLXIX. Reliquae quinariae MCCCCLXXII. intra vrbem diuidebantur per regiones primam, III. IIII. V. VI. VIII. IX. XIIII. In caſtella LI. ex

quibus nomine Caeſaris quinariae CXVI. priuatis quinariae DXLIII. caſtris quatuor quinariae XLII. operibus publicis quindecim quinariae XLI. muneribus duodecim quinariae CIIII. lacubus centumquatuordecim quinariae CCLVI. Tepulae erogabātur extra vrbem nomine Caeſaris quinariae LVIII. priuatis LVI. Reliquae quinariae CCCXXXI. intra vrbem diuidebantur per regionem IIII. V. VI. VII. in caſtella XIIII. ex quibus nomine Caeſaris quinariae XXXIIII. priuatis quinariae CCXXVII. vſibus publicis quinariae L. ex eo caſtris duobus quinariae XII. operibus publicis tribus quinariae VII. lacubus tredecim quinariae XXXII. Iuliae fluebant extra vrbem nomine Caeſaris quinariae LXXXV. priuatis quinariae CXXII. Reliquae quinariae DXLVIII. Intra vrbem diuidebātur per regiones II.III.V.VI.VIII. X.XII. in caſtella decem & ſeptem, ex quibus nomīne Caeſaris quinariae XVIII. vſibus publicis quinariae CCCLXXIII. ex eo caſtris quinariae LXIX. operibus publicis quinariae CXXI. muneribus quinariae LXVII. lacubus vigintiocto quinariae LXV. Virginis nomine exibant extra vrbem quinariae CC. Reliquae quinariae MMCCCIIII. intra vrbem diuidebantur per regiones VII. VIII. XIIII. in caſtella XXVI. ex quibus nomine Caeſaris quinariae DXLIX. priuatis quinariae CCCXXXVIII. vſibus publicis MCCCCXXII. ex eo muneribus duobus quinariae XXVI. lacubus vigintiquinque quinariae LXI. operibus publicis ſexdecim quinariae MCCCLXXX. in quibus per ſe Euripo cui ipſa nomen dedit quinariae CCCCLX. Alſietinae quinariae CCCCXCII. Haec tota extra vrbem conſumitur nomine Caeſaris quinariae

ccccliiii,priuatis quinariae cxxxviii.Claudia & Anio nouus extra vrbem proprio quaeque riuo erogabatur, intra vrbem confundebatur, & Claudia quidem extra vrbem nomine Caeſaris dabat quinarias ccxvii. priuatis quinarias ccccxxxix. Anio nouus nomine Caeſaris dccxxviii. Reliquae vtriuſque quinariae mmmccccxcviii. intra vrbem diuidebantur per regiones vrbis xiiii.in caſtella xcii.ex quibus nomine Caeſaris quinariae mdcccv.priuatis quinariae mlxvii. vſibus publicis quinariae mxii.ex eo caſtris nouē quinariae cxlix. operibus publicis decemocto quinariae cclxix. muneribus duodecim quinariae cvii.lacubus centūuigintiſex quinariae ccccxxvii.

HAec copia aquarum ad Neruam Imperatorem vſque computata ad hunc modum deſcribebatur, nunc prouidentia diligentiſſimi Principis,quicquid aut fraudibus aquariorum intercipiebatur,aut inertia peruertebat,quaſi noua inuentione fontium accreuit,ac prope publicata vbertas eſt, tum & ſedula deinde partitione diſtributa , vt regionibus quibus ſingulae ſeruiebant aquae,plures darentur , tanquam Coelio & Auentino, in quos ſola Claudia per arcus Neronianos ducebatur. Quo fiebat,vt quoties defectio aliqua interueniſſet, celeberrimi colles ſitirent,quibus nunc plures aquae, & in primis Martia reddita ampliore opere a Coelio in Auentinum vſque perducitur, atque etiam omni parte vrbis lacus tam noui quam veteres plerique binos ſalientes diuerſarum aquarum acceperunt, vt ſi caſus alterutram impediſſet, altera ſufficiente non deſtitueretur vſus. Sentit hanc curam

imperatoris piiſſimi Neruae principis ſui Regina & domina orbis indies, quae terrarum dea conſiſtit, cui par eſt nihil, & nihil ſecũdum, & magis ſentiet ſalubritas eiuſdem aeternae vrbis, aucto caſtellorum, operum, munerum, & lacuum numero, nec minus ad priuatos commodum quod ex incremento beneficiorum eius diffunditur. Illi quoque qui timidi illicitam aquam ducebant, ſecuri nunc ex beneficiis fruuntur. Ne pereũtes quidem aquae, ocioſae ſunt. nam immundiciarum facies, & impurior ſpiritus, & cauſae grauioris coeli, quibus apud veteres vrbis infamis aer fuit, ſunt remotae. Nõ praeterit me deberi operi nouae erogationis ordinationem, ſed haec cum incremento adiunxerimus, intelligi oportet non eſſe eam ponendam niſi cum conſummata fuerit. Quid, quod nec hoc diligẽtiae Principis, quam exactiſſimam ciuibus ſuis praeſtat, ſufficit, parum praeſidii ac voluptatis noſtris contu liſſe ſeſe credentis, quod tantam copiam adiiciat, niſi eam ſynceriorem iucundioremque faciat? Operae precium eſt ire per ſingula, per quae ille occurrendo vitiis quorumdam, vniuerſis adiecit vtilitatem. Etenim quando ciuitas noſtra vel cum exigui ymbres ſuperuenerãt, non turbulentas limoſaſque aquas habuit? nec quia hoc vniuerſis ab origine naturae eſt, aut quia iſtud incommodum ſentire debeant quod capiuntur ex fontibus, in primis Martia & Claudia, ac reliquae, quarum ſplendor a capite integer, nihil aut minimum pluuia inquinatur, ſi putei extructi obiecti ſunt. Aquae Anionis minus permanent limpidae: Nam ſumitur ex flumine, ac ſaepe etiam ſereno turbãtur, quoniam

Anio quamuis puriſſimo defluens lacu, mobilibus tamen cedentibus ripis, aufert aliquid quo turbetur priuſquam deueniat in riuos. quod incommodum non ſolum hybernis ac vernis, ſed aeſtiuis hymbribus ſentit, quo tempore exit gratior aquarum ſynceritas. Ex iis igitur alter, id eſt Anio vetus, cũ plerumque libra ſit inferior, incommodum infra ſe tenet. Nouus autem Anio vitiabat caeteras: nam cum editiſſimus veniat, & in primis abundans, aliquando defectioni aliarũ ſuccurrit. Imperitia vero aquariorum, deducentium in alienos eum ſpecus frequentius quam explemento opus erat, etiam ſufficientes aquas inquinabat, maxime Claudiam, quae per multa milia paſſuum proprio ducta riuo, Romae demum cum Anione permixta, in hoc tempus perdebat proprietatem, adeoque obuenientibus nõ ſuccurrebat, vt pleraeque aquae accerſerentur per imprudentiam, non vti dignum erat aquis parientium Martiam, ita vt ipſam ſplendore & rigore gratiſſimam, balneis ac fullonicis, & relatu quoque foedis miniſteriis deprehenderimus ſeruientem. Omnes ergo diſcerni placuit, tum ſingulas ita ordinari, vt in primis Martia potui tota ſeruiret, & deinceps reliquae ſecundum ſuam quaeque qualitatem aptis vſibus aſſignarentur, ſic vt Anio vetus pluribus ex cauſis, quo interiore excipitur minus ſalubris, in hortorum rigationẽ, atque in ipſius vrbis ſordidiora exiret miniſteria. Nec ſatis fuit principi noſtro caeterarũ reſtituiſſe copiã, ſed etiã gratiã. Anionis quoque noui vitia excludi poſſe vidit. Omiſſo enim flumine, repeti ex lacu qui eſt ſuper

villã Neronianã Sublacẽſem, vbi lympidiſſima eſt, iuſſit. Nam cum oriatur Anio ſupra Trebã auguſtã, ſeu quia per ſaxoſos montes decurrit, paucis circa ipſum oppidis obiacentibus cultis, ſeu quia lacus altitudine, in quo excipitur, velut depuratur, imminentium quoque nemorum opacitate inumbratus, frigidiſſimus ſimul ac ſplẽdidiſſimus eo peruenit. Haec tam felix proprietas aquae omnibus dotibus aequatura Martiam, copia vero ſuperatura, veniet in locũ deformis illius ac turbidae. Nouum Imperatorem Caeſarem Neruam Traianum Auguſtum praeſcribente titulo.* Sequitur vt indicemus quod ius ducendae ſit aquae, quaeve cura ductuũ ſit habenda, quorum alterum ad cohibendos intrà modum impetrati beneficii priuatos, alterum ad ipſorum ductuum pertinet tutelam. in quibus dum altius repeto leges de ſingulis, quas late quidẽ apud veteres obſeruatas inueni, earum aequitatem prudentiamque reticendam non cenſui. Apud antiquos omnis aqua in publicos vſus erogabatur, legeque cautum ita fuit, *ne quis priuatus aliam ducat; quã quae ex lacu humum accedit* (haec enim verba ſunt eius legis) id eſt quae ex lacu abundauit, eam nos caducam vocamus: Et haec ipſa non in aliũ vſum, quam in balnearũ, aut fullonicorum dabatur: eratque vectigalis ſtatuta merces, quae in publicum pẽderetur: aliquid & in domos principum dabatur, concedentibus reliquis. Ad quem autem magiſtratum ius dandae vendendaeve aquae pertinuerit, in iis ipſis legibus variatur. Interdum enim ab Aedilibus, interdum a Cenſoribus permiſſum inuenio; ſed apparet quoties in Repub. erant, ab illis potiſſi-

mum petitum: cum ii non erant, Aediliũ eam poteſtatem fuiſſe. Ex quo manifeſtum eſt, quãto potior cura maioribus communiũ vtilitatum, quam priuatarum voluptatũ fuerit, cum ad vſum publicũ pertineret etiam ea aqua, quam priuati ducebant. Tutelam autem ſingularum aquarum locari ſolitã inuenio, poſitamque redemptoribus neceſſitatẽ certum numerum circa ductus extra vrbem, & certum in vrbe ſeruorum opificum habendi, & quidem ita, vt nomina quoque eorum quos habituri erant in miniſterio, per quaſque regiones in tabulas publicas deferrent, eorumque operum probandorum curam fuiſſe per Cenſores aliquãdo & Aediles, interdum etiam Cenſoribus eam prouinciam obueniſſe, vt apparet ex eo quod factum eſt C. Liciano Ceſula & M. Fabio Cenſoribus. Quantopere autem curae fuerit ne quis violare ductus, aquamve non conceſſam deriuare auderet, cum ex multis apparere poteſt, tum ex hoc, quod Circus Maximus ne diebus quidem ludorum Circenſium, niſi Aediliũ aut Cenſorum permiſſu irrigabatur: quod duraſſe etiã poſtquã res ad curatores tranſiit ſub Auguſto apud Atteium Capitonem legimus. Agri vero qui aqua publica contra legem eſſent irrigati, publicabãtur: Mancipia etiam, ſicut ea quae aduerſus legem mulcta loco feciſſe dicebantur. In iiſdem legibus adiectum eſt ita: *Ne quis aquam oletato dolo malo, vbi publice ſalit: ſi quis oletarit, ſeſtertiorum x. milium mulcta eſto.* Oletato videtur eſſe olidam facito, cuius rei cauſa Aediles curules iubebantur per vicos ſingulos ex iis qui in vno quoque vico habitarent praediaue haberent, binos praeficere, quorum arbitratu aqua in

publicum ſaliret. Primus M. Agrippa poſt aedilitatem quam geſſit, cōſularis, operum ſuorum & munerum veluti perpetuus curator fuit, qui iam copia permittente deſcripſit, quid aquarum publicis operibus, quid lacubus, quid priuatis daretur. Habuit & familiam propriam aquarū, quae tueretur ductus, atque caſtella & lacus. Hanc Auguſtus haereditate ab eo ſibi relictam publicauit. Poſt eum Q. Aelio Tuberone, P. Fabio Maximo iterum coss. in re, quae vſque in id tempus quaſi poteſtate acta, certo iure eguiſſet, Senatuſconſulta facta ſunt, ac lex promulgata. Auguſtus quoq; edicto cōplexus eſt, quo iure vterentur qui ex cōmentariis Agrippae aquas haberent, tota re in ſua beneficia tranſlata. Modulos etiam, de quibus dictum eſt, conſtituit, & rei continendae exercendaeque curatorem fecit Meſſalam Coruinum, cui adiutores dati Poſtumius Sulpitius praetorius & L. Cominius Pedarius, inſignia eis quaſi magiſtratibus conceſſa, deque eorum officio Senatuſconſultum factum, quod infra ſcriptum eſt. S. C. quod Qu. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus coss. V. F. de iis qui curatores aquarum publicarum ex Senatuſconſulto a Caeſare Auguſto nominati eſſent ordinandis, D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C. placere huic ordini eos qui aquis publicis praeeſſent, cum eius rei cauſa extra vrbem eſſent, lictores binos, & ſeruos publicos ternos, architectos ſingulos, & ſcribas, & librarios, accenſos praeconeſque totidem habere, quot habent ii per quos frumentum plebei datur. Cum autem in vrbe eiuſdem rei cauſa aliquid agerent, caeteris

apparitoribus iiſdem, praeterquam lictoribus, vtiq; quibus apparitoribus. Ex hoc S. C. curatoribus aquarum, vti liceret eos diebus x. proximis, quibus S. C. factum eſſet, ad aerarium deferrentur, quique ita delati eſſent, iis praetores aerarii mercedem, cibaria, quanta praefecti frumento dando, dare deferreque ſolent, annua darent & attribuerent, iiſque eas pecunias ſine fraude ſuas facere licet: vtique tabulas, chartas, caeteraque quae eius curationis cauſa opus eſſet, iis curatoribus praebenda, Q. Aelius, P. Fabius coss. ambo alterue, ſi iis videbitur, adhibitis praetoribus qui aerario praeſint & praebenda locent. Itemque cum viarum frumentique curatores, qui quarta parte anni publico fungebantur miniſterio, vt curatores aquarum iudiciis vacent priuatis publiciſque. Apparitores & miniſteria, quamuis perſeueret adhuc aerarium in eos erogare, tamen etiam curatorum videntur deſiiſſe inertia, & ſegnitia non agentium officium. Egreſſi autem vrbem duntaxat agendae rei cauſa, Senatus praeſto eſſe lictores iuſſerat nobis circumeuntibus riuos, fides noſtra & auctoritas a Principe data pro lictoribus erit. Cum rem produxerimus ad initium curatorum, non eſt alienum ſubiungere, qui poſt Meſſalam huic officio ad nos vſque praefuerint. Meſſalae ſucceſſit Silio & Plautio coss. Atteius Capito: Capitoni, L. Martio, C. Antiſtio vetere coss. Sattius Rufus. Satrio, Sergio Cornelio Cethego, L. Viſellio Varrone Coſſ. M. Cocceius Nerua, Diui Neruae auus, ſcientia iuris illuſtris. Huic ſucceſſit F. Perſico L. Vitellio coss. C. Octauius Laenas: Laenati, Iuliano & Nonio Aſprenate coss. Aqui-

la. Huic ſucceſſit M. Porcius Cato: poſt quē Sexto Nonio Celere & Iunio Quinctiliano c o s s. Didius Gallus: Gallo, Qu. Veranio, Pompeio Longino c o s s. Cn. Domitius Afer: Afro, Nerone Claudio Caeſare quartum, & Coſſo Coſſi filio c o s s. L. Piſo: Piſoni, Virginio Rufo & Memmio Regulo c o s s. Petronius Turpilianus: Turpiliano, Craſſo Frugi & Lecanio Baſſo c o s s. P. Marius: Mario, L. Teleſino & Suetonio Paulino c o s s. Fōteius Agrippa: Agrippae, Silio & Galerio Trachalo c o s s. Alipius Criſpus: Criſpo, Veſpaſiano tertium & Cocceio Nerua c o s s. Pompeius Siluinus: Siluino, Valerio, & Meſſalino c o s s. T. Anius Flauianus: Flauiano, Veſpaſiano quintū & Tito tertium c o s s. Acilius Auiola. Poſt quem Imperatore Nerua tertium & Virginio Rufo tertium c o s s. ad nos cura tranſlata eſt. Nūc quid obſeruare curator aquarum debeat, & leges Senatuſque conſulta ad inſtruendum eum pertinētia ſubiungam. Circa ius ducendae aquae in priuatis haec obſeruanda ſunt, ne quis ſine literis Caeſaris, id eſt ne quis aquam publicam non impetratam, & ne quis amplius quam impetratum fuerit, ducat. Ita enim efficiemus, vt modus quem acquiri diximus, poſſit ad nouos ſalientes, & ad noua Principis beneficia pertinere. In vtroque autem magna cura multiplici opponenda fraudi eſt. Solicite ſubinde ductus extra vrbem ſunt circumeundi ad recognoſcēda beneficia. Idem in caſtellis ſalientibus publicis faciendum, vt ſine intermiſſione diebus noctibuſque aqua fluat, quod Senatus quoque conſulto curator facere iubetur, cuius haec quoque verba ſunt: Aelius Tubero, & P. Fabius Maximus Q. V. F.

c o s s. de numero publicorum ſalientium qui in vrbe eſſent, intraque aedificia vrbi coniuncta, quos M. Agrippa feciſſe Q. F. P. de ea re ita cenſuerunt, neque augeri placere, nec minui numerum publicorum ſalientium, quos nunc eſſe retulerunt ii quibus negocium a Senatu eſt imperatum, vt inſpicerent aquas publicas, inirentque numerum ſalientiũ publicorum. Itemque placere curatores aquarum, quos Senatuſcon. Caeſar Auguſtus ex Senatus autoritate nominauit, dare operam vt ſalientes publici quamaſſiduiſſime interdiu & noctu aquã in vſum populi funderẽt. In hoc S. C. crediderim annotandũ, quod Senatus tã augeri quã minui ſaliẽtium publicorum numerum vetuerit, id factum exiſtimo, quia modus aquarũ, quae iis temporibus in vrbem veniebant, antequam Claudia & Anio nouus perduceretur, maiorem erogationem capere non videbatur. Qui aquam in vſus priuatos deducere volet, impetrare eam debebit, & a Principe epiſtolam ad curatorem afferre. Curator deinde beneficio Caeſaris praeſtare maturitatem, & procuratorem eiuſdem officii libertum Caeſaris protinus ſcribere. Procuratorem autem primus Ti. Claudius videtur admouiſſe, poſtquam Anionem nouũ & Claudias induxit. quid contineat epiſtola Iulia, fieri quoque notum debet: Nequando negligentiam, aut fraudem ſuam ignorãtiae colore defendat Procurator, calicem eius moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus ſignari cogitet, & diligenter intendat menſurarum quas ſupra diximus modum, & earum notitiam habeat, ne ſit in arbitrio libratorum interdum maioris luminis, interdum minoris pro

gratia perſonarum calicem probare : ſed neque ſtatim adhuc liberũ ſubiiciendi qualemcunq; plumbeam fiſtulam permittat arbitrium. verum eiuſdẽ luminis, quo calix ſignatus eſt, eundem per pedes quinquaginta prope det, ſicut Senatuſcõſulto, quod ſubiiciendum eſt, cauetur. Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius maximus cos s. v. f. quoſdam priuatos ex riuis publicis aquam ducere, q. d. e. r. f. p. d. e. r. v. i. c. ne cui priuato aquam ducere ex riuis publicis liceret: vtique omnes ii quibus aquae ducendae ius eſſet datum, ex caſtellis ducerent, animaduerterentque curatores aquarum, quibus locis intra extraque vrbem apte caſtella priuati facere poſſent, ex quibus aquam ducerent, quam ex caſtello communem accepiſſent a curatoribus aquarum. ne cui eorum, quibus aqua daretur publica, ius eſſet intra quinquaginta pedes eius caſtelli, ex quo aquã ducerent, laxiorem fiſtulam ſubiicere quã quinariã. In hoc Senatuſconſul. dignũ admiratione eſt, quod aquam non niſi ex caſtello duci permittit, ne aut riui, aut fiſtulae publicae frequenter lacerarentur. Ius impetratae aquae neque haeredem, neque emptorem, neque vllum nouum dominum praediorum ſequitur: Balneis, quae publicae lauarent, priuilegium antiquitus concedebatur, vt ſemel data aqua perpetuo maneret, ſicut ex veteribus Senatuſconſultis cognoſcimus, ex quibus vnum ſubieci: nunc omnis aquae cum poſſeſſore inſtauratur beneficium. Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus coss. V. F. conſtitui oportere, quo iure extra intraque vrbem ducerent aquas ii quibus attributae eſſent.

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. vti iis quoque maneret attributio aquarũ, exceptis quae in vſum balneorũ eſſent datae, aut Auguſti nomine, quoad iidem domini poſſiderent id ſolum in quo accepiſſent aquã. Cum vacare aliquae coeperint, adnunciatur in cõmentarioſque redigitur, qui reſpiciuntur vt petitoribus ex vacuis dari poſſint. Has aquas ſtatim interdicere ſolebant, vt medio tempore venderent aut poſſeſſoribus praediorum, aut aliis. Humanius etiam viſum eſt Principi noſtro, ne praedia ſubito deſtituerentur, triginta dierum ſpacium indulgeri, intra quod ii ad quos res pertinet, irrigarent. De aqua in praedia ſociorum data nihil conſtitutum inuenio: perinde tamẽ obſeruatur, ac iure cautum, vt dum quis ex iis qui communiter impetrauerunt, ſupereſſet, totus modus praediis aſſignatus flueret, & tunc demum renouaretur beneficium, cum deſiiſſet quiſque ex iis, quibus erat datum poſſidere. Impetrata aqua alio quam in ea praedia, in quae data erat, aut ex alio caſtello quam quo ex epiſtola Principis contrahebat, duci palam S. Conſul. non oportet, ſed & mandatis prohibetur. Impetrantur autem & hae aquae quae caducae vocantur, id eſt quae aut ex caſtellis effluunt, aut ex manationibus fiſtularum, quod beneficium a Principibus parciſſime tribui ſolitum, ſed fraudibus aquariorum obnoxium eſt: quibus prohibẽdis quanta cura debeatur, ex capite mandatorum manifeſtum erit, quod ſubieci: Caducam neminem volo ducere, niſi qui meo beneficio, aut priorum Principum habent: nã neceſſe eſt ex caſtellis aliquam partem aquae effluere, cum hoc pertineat non ſolum ad vrbis noſtrae

ſtrae ſalubritatem, ſed etiam ad vtilitatem cloacarum abluendarum. Explicitis quae ad ordinationem aquarum priuati vſus pertinebant, non ab re eſt quaedam ex iis quibus circumſcribi ſaluberrimas conſtitutiones in ipſo rei actu deprehendimus, exempli cauſa attingere. Ampliores quoſdam calices quam impetrati erant poſitos in pleriſque caſtellis inueni, & ex iis aliquos ne ſignatos quidem. Quoties autem ſignatus calix excedit legitimam menſuram, ambitio procuratoris qui eum ſignauit detegitur: cum vero ne ſignatus quidem eſt, manifeſta culpa omnium, maxime accipientis deprehenditur, deinde villici. In quibuſdam cum calices legitimae menſurae ſignati eſſent, ſtatim amplioris moduli fiſtulae ſubiectae fuerunt: vnde acciderat vt aqua non per legitimum ſpatium coercita, ſed per leues anguſtias expreſſa, facile laxiorem in proximo fiſtulam impleret. Ideoque illud adhuc, quoties ſignatur calix, diligentiae adiiciendum eſt, vt fiſtulae quoque proximae per ſpacium, quod S. C. comprehenſum diximus, ſignentur. Ita demum enim villicus cum ſcierit non aliter quam ſignatas collocari debere, omni carebit excuſatione.

Circa collocandos quoque calices obſeruari oportet, vt ad lineam ordinentur, nec alterius inferior calix, alterius ſuperior ponatur. Inferior plus trahit, ſuperior minus ducit, quia curſus aquae ab inferiore rapitur. In quorumdam fiſtulis ne calices quidem poſiti fuerunt: hae fiſtulae ſolutae vocantur, & vt aquario libuit, laxātur vel coarctantur. Adhuc illa aquariorū intolerabilis fraus eſt,

praeſidium aquarum abundãtius. Tam amplum numerũ vtriuſq; familiae, ſolitũ ambitione aut negligentia praepoſitorum in priuata opera diduci, reuocare ad aliquam diſciplinã & publica miniſteria ita inſtituimus, vt pridie quid eſſet actura dictaremus, & quid quaque die egiſſet actis comprehenderetur. Cõmoda publicae familiae ex Aerario dãtur; quod impendium exoneratur vectigalium reditu ad ius aquarũ pertinentiũ. Ea cõſtant ex hortis aedificiiſue, quae ſunt circa ductus, aut caſtella, aut munera; aut lacus, quẽ reditũ prope ſeſtertiũ ccl. miliũ, aliẽnatũ ac vagũ; proximis vero tẽporibus in Domitiani loculos verſum, iuſtitia Diui Neruae populo reſtituit; noſtra ſedulitas ad certam regulam redegit, vt conſtarent, quae eſſent ad hoc vectigal pertinẽtia loca. Caeſaris familia ex fiſco accipit commoda; vnde & omne plumbum, & omnes impenſae ad ductus, & caſtella, & lacus pertinẽtes erogãtur. Quoniã quae videbantur ad familiã pertinere, expoſuimus; ad tutelam ductuum, ſicut promiſeramus, diuertimus; rẽ enixiore cura dignam, cum magnitudinis Romani imperii id praecipuum ſit indicium. Multa atque ampla opera ſubinde naſcũtur, quibus ante ſuccurri debet quam magno auxilio egere incipiant, pleraque tamen prudenti temperamento ſuſtinenda ſunt, quia non ſemper opus aut facere, aut ampliarẽ quaerentibus credendum eſt. Ideoque non ſolum ſcientia peritorum, ſed & proprio vſu curator inſtructus eſſe debet; nec ſuae tantum ſtationis architectis vti, ſed plurium aduocare non minus fidem quam ſubtilitatem; vt aeſtimet quae repraeſentãda, quae differenda ſint, & rurſus quae per redemptores

effici debeant, & quae per domeſticos artifices. Naſcuntur opera fere ex his cauſis. nam aut vetuſtate corrumpuntur, aut impotentia poſſeſſorum, aut vi tempeſtatum, aut culpa male facti operis, quod ſaepius accidit in recentibus. Fere aut vetuſtate, aut vi tempeſtatum partes ductuum laborant, quae arcuationibus ſuſtinentur, aut montium lateribus applicatae ſunt, & ex arcuationibus eae quae per flumen traiiciuntur. Ideo haec opera ſolicita feſtinatione explicanda ſunt. Minus iniuriae ſubiacent ſubterranea, nec gelicidiis, nec caloribus expoſita. Vitia autem eiuſmodi, aut talia ſunt, vt non interpellato curſu ſubueniatur eis, aut emendari niſi auerſa non poſſint, ſicut ea quae in ipſo alueo fieri neceſſe eſt. Haec duplici ex cauſa naſcuntur, aut limo concreſcente, qui interdum in cruſtam dureſcit, iterque aquae coarctat, aut tectorio quod corrūpitur, vnde fiunt manationes, quibus neceſſe eſt latera riuorum & ſubſtructiones vitiari. Pilae quoque ipſae topho extructae ſub tam magno onere labuntur. Refici quae circa alueos ſunt riuorum, aeſtate non debent, ne aquae intermittatur vſus, tempore quo praecipue deſideratur, ſed vere, vel autumno, & maxima cum feſtinatione, ita vt ante praeparatis omnibus quam pauciſſimis diebus riui ceſſent. Neminem fugit per ſingulos ductus hoc eſſe faciendum, ne ſi plures pariter aue rtantur, deſit aqua ciuitati. Ea quae non interpellato aquae curſu effici debent, maxime ſtructura conſtant, quam ſuis temporibus & fidelem fieri oportet. Idoneum ſtructurae tempus a Kal. Aprilibus in Kal. Nouemb. ita vt optimum ſit in-

termittere eam partem aeſtatis, quae nimiis caloribus incandeſcit: quia temperamento coeli opus eſt, vt ex humore commode ſtructura combibat & in vnitate corroboretur. Non minus autem ſol acrior quam gelatio praecipit materiã, neque vllum opus diligentiorem poſcit curam quam quod aquae obſtaturum eſt. Fides itaque eius per ſingula ſecundum legem notam omnibus, ſed paucis obſeruatam exigenda eſt. Illud nulli dubium eſſe crediderim, proximo ductus, id eſt, qui a ſexto miliario lapide quadrato conſiſtunt, maxime cuſtodiendos, quoniam & ampliſſimi operis ſunt, & plures aquas ſinguli ſuſtinent; quos ſi neceſſe fuerit interrumpere, maior pars aquarum vrbem Romam deſtituet. Remedia tamen ſunt, vt his difficultatibus inchoatus alueus excitetur ad libram deficientis. Alueus vero plumbatis canalibus per ſpacium interrupti ductus rurſus contineatur. Porro quoniam fere omnes per priuatorum agros directi erant, & difficilis videbatur futurae impenſae praeparatio vt alicuius conſtitutione ſuccurreretur, ſimul ne acceſſu ad reficiendos riuos redemptores a poſſeſſoribus prohiberentur, Senatuſconſultum factum eſt, quod ſubieci. Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus COSS. V. F. de riuis, ſpecubus, fornicibuſque Iuliae, Martiae, Appiae, Tepulae, Anienis reficiendis, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Vt cum ii riui, fornices, quos Auguſtus Caeſar ſe refecturum impenſa ſua pollicitus Senatui eſt, reficerentur, ex agris priuatorum terram, limum, lapidem, teſtam, arenam, ligna, caeteraque quibus ad eam rem opus eſſet, vnde quaeque earum proxime ſine iniu-

ria priuatorum tolli, ſumi, portari poſſint, viri boni arbitratu aeſtimata darentur, tollerentur, ſumerentur, exportarentur; & ad eas res omnes exportādas, earumq; rerum reficiendarum cauſa, quoties opus eſſet, per agros priuatorū, ſine iniuria eorū, itinera, actus paterent, darentur. Plerunq; autem vitia oriūtur ex impotentia poſſeſſorum, qui pluribus modis riuos violant. Primū enim ſpatia, quae circa ductus aquarum ex S. Conſulto vacare debēt, aut aedificiis, aut arboribus occupant. Arbores magis nocēt, quarum radicibus & concamerationes & latera ſoluuntur: deinde vicinales vias, agreſteſque per ipſas formas dirigunt: nouiſſime aditus ad tutelam praecludunt: quae omnia Senatuſconſulto, quod ſubieci, prouiſa ſunt. Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus v. b. aquarum, quae in vrbem venirent itinera occupari monumentis & aedificiis, & arboribus conſeri. Q. F. P. D. E. R. I. C. Cum ad reficiendos riuos, ſpecuſque, per quae & opera publica corrumpuntur, placere circa fontes, & fornices, & muros vtraque ex parte vacuos centenos quinos denos pedes patere, & circa riuos, qui ſub terra eſſent, & ſpecus intra vrbem, & extra vrbem continentia aedificia, vtra que ex parte quinos pedes vacuos relinqui, ita vt neque monumentum in iis locis, neque aedificium poſt hoc tempus ponere, neque conſerere arbores liceret: ſi quae nunc eſſent arbores intra id ſpatium, extirparentur, praeterquam ſi quae villae continentes & incluſae aedificiis eſſent. Si quis adverſus ea cōmiſerit, in ſingulas res in dena milia dānas eſſet. Ex quibus pars dimidia praemium accuſatori daretur, cuius opera maxime cōuictus eſſet, qui

aduerſus hoc S. C. cõmiſiſſet: pars altera dimidia in aerarium redigeretur, deque ea re iudicarent cognoſcerentque curatores aquarum. Poſſet hoc Senatuſconſultum aequiſſimum videri, etiam ſi ex rei tantũ publicae vtilitate ea ſpatia iudicarentur, multo magis, cum maiores noſtri admirabili aequitate, ne ea quidem eripuerunt priuatis, quae ad modum publicum pertinebant. Sed cum aquas perducerent, ſi difficilior poſſeſſor in parte vendenda fuerat, pro toto agro pecuniam intulerunt, ac poſt determinata neceſſaria loca rurſus eum agrum vendiderunt, vt in ſuis finibus proprium ius tam reſpublica quam priuata haberet. Plerique tamen non contenti occupaſſe fines, ipſis ductibus manus attulerũt per ſemitas ſolutas paſſim, & rurſus ius aquarum impetratũ habent, aquarii quãtulacunque beneficii occaſione ad expugnãdos nunc abutuntur. Quid porro fieret, ſi non vniuerſa iſta diligentiſſima lege prohiberentur, poenaque non mediocris contumacibus intentaretur? Quae ſubſcripſi haec ſunt verba legis: T. Quintius Criſpinus coss. populum iure rogauit, populuſq; iure ſciuit in foro pro roſtris aedis diui Iulii Po. Ro. & Iulias tribui Sergia principium fuit pro tribus ſex. L. F. Varro. Quicunque poſt hanc legem rogatam riuos, ſpecus, fornices, fiſtulas, caſtella, tubulos, lacus aquarum publicarum, quae ad vrbẽ ducuntur, earumue quam ſciens dolo malo forauerit, ruperit, forare, rumpereue curauerit, peioremue fecerit, quo minus ea aqua earumue qua in vrbẽ Romam ire, cadere, flui, peruenire, duci poſſint, quoue minus in vrbe Roma, & in his aedificiis quae vrbi continentia ſunt, erunt, in hiſque hortis, praediis,

locis,quorum hortorum,praediorum,locorum dominis, poſſeſſoribus, V. F.aqua data vel attributa eſt,vel erit,vt ſaliat, diſtribuatur, diuidatur, in caſtella,lacus immittatur,is P. R.c. milia dare damnas eſto:& qui clam quid eorum ita fecerit,id omne ſarcire,reficere,reſtituere,aedificare, ponere & celare, demoliri dãnas eſto,ſine dolo malo. Atque ita omnino,vt quicunque curator aquarum eſt,erit, ſi curator aquarum eſt vel erit,tum is Praetor, qui inter ciues & peregrinos ius dicit, mulctam pignoribus cogito, coercito, eique curatori, aut ſi curator non erit,tum ei Praetori eo nomine cogere & coercere, mulctae dicendae,ſiue pignoris capiendi ius poteſtaſque eſto. Si quid eorum ſeruus fecerit, dominus eius centũ milia populo det. Si quis circa riuos,ſpecus, fornices,fiſtulas,tubulos,caſtella, lacus aquarũ publicarum,qua ad vrbem Romam ducuntur & ducẽtur,terminatus ſteterit,*neque quis eo loco poſt hanc legem rogatam quid opponit,molit, obſepit, figit,ſtatuit,ponit,collocat,arat,ſerit, neue in eũ locum quid immittit, praeterquam eorum faciendorum reponendorum cauſa praeterquam quidem hac lege licebit,oportebit. Qui aduerſus ea quid fecerit,& aduerſus ea repſerit,ex iuſſu cauſaque omniũ rerum omnibus eſto damnas, vtique atque vti eſſet eſſeque oporteret,ſi is aduerſus hãc legẽ riuũ, ſpecũ rupiſſet, foraſſetue, quiq; ſpecũ foraſſet rupiſſetue, quo minus in eo loco poſcere herbam,foenũ ſecare, ſentes, vepres, caprificos,curatores aquarum qui nunc ſunt, quique erunt, circa fontes,& fontium & murorum curam, riuos, & ſpecus, terminatus, arbores, vites, vepres, ſentes, ripae, maceria, ſa-

licta, harundineta excidantur,tollantur, effodiantur,excorticentur , vtique recte factum eſſe volet, eoque nomine iis pignoris captio mulcta edici or vtique eſto:Idque iis ſine fraude ſua facere liceat ius poteſtaſque eſto quo minus vites arboreſque villis,aedificiis,maceriiſue incluſae ſint. Maceriae,quas curatores aquarũ cauſa cognita ne demolirentur dominis permiſerunt, quibus inſcripta inſculptaque eſſent ipſorum qui permiſiſſent curatorũ nomina,maneant,hac lege nihil abrogato, quo minus ex his fontibus,riuis,ſpecubus, fornicibus aquã haurire, ſumere iis quibuſcunque curatores aquarum permiſerunt, praeterquã rota,calice, machina liceat:dum neque puteus , neque foramen nouum fiat.Eius hac lege nihilum rogatio. Vtiliſſimae legis contemptores non negauerim dignos poena quae intenditur.Sed negligentia longi temporis deceptos leniter reuocari oportuit. Itaque ſedulo laborauimus,vt quantum in nobis fuit, etiam ignorarentur qui errauerant.His vero qui admoniti ad indulgentiam Imperatoris decurrerunt , poſſumus videri cauſa impetrati beneficij fuiſſe. In reliquo vero opto ne executio legis neceſſaria ſit, cum officij fidem etiam per offenſas tueri praeſtet.

SECVNDI. ET. VLT. LIB. FINIS

NOTAE . QVAEDAM . IO. OPSOPOEI. IN IVL. FRONTINI *comment. de aquaeductibus*

P. 25, v. 3. Vetus editio praefert hunc titulum, DE AQVIS QVAE IN VRBEM INFLVVNT LIBER. nec enim in duos libros, vt Florentina, et eam ſecuta Baſileenſis, hunc commentarium diſtribuit

v. 12. Eadem habet *commiſſae rei inſtiget*. & ſtatim, *reip. & imperij*

v. 20. Eadem, *omnis actus certitudinis fundamentum*

P. 26, v. 28. Seneca epiſt. XLI. *Magnorum fluminũ capita veneramur, ſubita ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes, & ſtagna quaedam vel opacitas vel immenſa altitudo ſacrauit*

P. 27. v. 2. Vetus editio, *P. Decio Mure*. & ita Faſti: qui tamen non XX (vt eſt in Frontini editionibus) ſed XXX. anno poſt initium belli Samnitici, M. Valerium Maximum, P. Decium Murem cõſules ponunt. Eutropius lib. II. hiſt. Rom. ſcribit, Tito Veturio & Sp. Poſthumio coſſ. aquã Claudiam ab Appio Claudio cenſore inductam eſſe; qui bello Samnitico bis conſules fuiſſe reperiuntur, primum anno belli X. iterum XXIII. Sed in noſtro auctore tutius eſt annorum numerum denario appoſito explere, quam conſulum nomina mutare

v. 4. Vetus editio, *cui poſtea aegro fuit cognomen*

v. 7. *Collegam habuit C. Fabium*. ita tres editiones. at Liuius & tabulae Capitolinae Appio C. Plautium collegam adſcribunt. Liuius lib. IX. *Cenſura clara eo anno Appii Claudii & C. Plautii fuit: memoriae tamen felicioris ad poſteros nomen Appii, quod viam muniuit,*

ex aquam in vrbem duxit: eaque vnus perfecit, quia ob infamem atque inuidioſam ſenatus lectionem verecundia victus collega magiſtratu ſe abdicauerat. Appius iam inde antiquitus inſitam pertinaciam familiae gerendo, ſolus cenſuram obtinuit

v.8. Vetus editio nomen *aquae* omittit: & mox legit: *Sed is ſe intra* &c. *abdicauit a cenſura: nomen* &c.

v.13. Eadem non agnoſcit vocem *huius*

v.21. Hic infra aliquoties *Anionē* & *Anionis*, vbi vetus more aliorum auctorum *Anienem* & *Anienis* per e flectit

v.24. Vetus habet, *ad miliarium vnum*

v.29. In veteri editione legitur, *vico publico Publicii alueo ad portam*

P.28,4. In vetere eſt, *ſpurio Clauiſio, L. Papyrio coſſ.* male. recte in Florētina Iocundi, *Sp. Caruilio, L. Papirio coſſ.* vt ex Liuio & Faſtis liquet. Quod mox ſequitur *Item*, videtur ad praecedens *coſſ.* pertinere, & vel *iterū* ſcribendum eſſe, vel II. in ſecundum enim illorum conſulatum tempus notatum cadit

v.7. Vetus editio, habet *praetor edidit*. forte *edixit*, vt in ſuo lib. ex coniectura notauerat Pithoeus

v.16. Variat paſſuum numerus in vet. edit. ſic, *riuus eſt ſubterraneus paſſuum XLVII. miliū DCCLXXXVIII.* & poſtea v.32. *ſeſtertium mille & octingenties.*

P.29,9. Vetus editio legit *poſt annum x.* ſed cum faſtis non congruit

v.11. In eadem legitur, *viciſſe gratiam Q. Martii Regis.* Quam lectionem ſtabilit, & rem ipſam refert Plinius nat. hiſt. lib. XXXVI. cap. XV. *Sed dicantur vera aeſtimatione inuicta miracula, quae Q. Marcius Rex fecit. Is iuſſus a Senatu aquarum Appiae, Anienis, Tepulae du-*

ctus reficere, nouam a nomine ſuo appellatam cuniculis per montes actis intra praeturae ſuae tempus adduxit. Idem lib. xxxi.cap.iii. *Clariſsima aquarum omnium in toto orbe, frigoris ſalubritatiſque palma praeconio vrbis, Marcia eſt, inter reliqua deum munere vrbi tributa. Vocabatur haec quondam Auſeia, fons autem ipſe Piconia. Oritur in vltimis montibus Pelignorum. tranſit Marſos & Fucinum lacum, Romam non dubie petens. Mox ſpecu merſa, in Tiburtina ſe aperit* IX. *M. p. fornicibus ſtructis perducta. Primus eã in vrbem ducere auſpicatus eſt Ancus Marcius, vnus e regibus. Poſtea Q. Marcius Rex in praetura. Rurſusque reſtituit M. Agrippa*

v.15. Forte, *via Sublacenſi*, vt pag. 32, 29. & 33, 7. vetus habet *vi. Sublacenſi*

v.16. Vetus editio, *ad miliariũ* xxxiiii. & ſtatim, *finita ſupra terrã ſubſtr.* Itẽ, *Propius vrbẽ ad* vii. *miliariũ*

v.31. *Hypſaeo*, non *Hipſapone*. leg. vt eſt in Faſtis Siculis, apud Oroſium, & Valerium Max. lib. ix. cap. v

P. 30. v.7. Vetus editio, *imp. Caeſ. Aug. Meſſalla, L. Volcaſtro conſſ.* vacat *Meſſalla*: reliqua ita ſcribẽda erũt, *Imp. Caeſ. Aug. L. Volcatio coſſ.* Dione & Caſſiodoro ſuffragantibus. v.10. Vet. edit. *milium paſſuum* ii. *alterius proprias* etc. Mox, *longitudinem paſſuum* vii. *milium* ccccxxviii. *reliquo opére* etc.

v.19. Vetus editio *Traba* ſcriptũ habet, et paulo poſt *Tabra*. v.30. *cui cauſae inſolitam abundantian debeant*, legitur in vet. ed.

P. 31, 3. Abundat praepoſitio *cum*, nec habetur in vet. editione. v.4. In libro viri doctiſſ. P. Pithoei annotatũ, *iam tertium Cenſor.* v.5. Sentij collegã P. Lucretiũ vocari ſcribit Caſſiodorus, Dio Q. Lucretium. v.7. Vetus edit. *perduxit; quo primum in vrbem*

*reſponderet,*v*.idus Iunii.Inuenitur.*etc. Mox, *virginem pictã oſtendit.* v.14.Plin.lib.xxxi.cap. III. *M.Agrippa Virginẽ adduxit ab octaui lapidis diuerticulo* II.*M.paſſuũ Praeneſtina via.* Vide eũdẽ lib.xxxvi.cap.xv.V.16. Alij legũt, *Adiũctis ex cõpluribus aliis locis acquiſitionibus.* V.vlt.duae iſtae dictiones ad *irrigandũ,* deſunt in vet.edit. ¶ P.32,14.Plin.li. xxxvi.c.xv. *Vicit antecedentes aquarũ ductus nouiſsimum impẽdium operis inchoati a C.Caeſare, & peracti a Claudio. Quippe a lapidẽ quadrageſimo ad eam excelſitatem, vt in omnes vrbis mõtes leuarentur, influxere Curtius atque Caeruleus fontes. Erogatũ in id opus ſeſtertiũ ter millies.* Suetonius in Claudio cap.xx. v.21.Vetus editio, *Suilio, & Titiano cõſ.* quae lectio verior videtur ea quã Iocundus repoſuit, *Sulla & Tutiano coſſ.* nã Tacito teſte C. Antiſtius et M.Suillius hoc anno conſules fuerunt

v.27. Vetus editio, *& quod alias omnes praec. priori Anieni cogn. veteris adiectum.* P.33. In vetere edit. legitur, a VI.*miliario.* ¶ Iterũ v.18. *concipitur ex flumine,* vt ſupra, *Claudia concipitur ex fontibus.* v.22.Eadem habet *liqueretur,* id eſt limũ deponeret, vt *Frontinus infra* loquitur. v.24. Plinius lib. xxxi.cap. III. v.32.*a* vii.*miliario* habet prima editio

P.34,v.7.Vetus editio legit, *longitudines quoque riuorũ aquae ductus & profectus operũ cõplecti.* Et v. 19. *delibrare,* vt ſimplex *librare* infra

v.22.Abeſt a vet.editione verbũ *eniti.* Iocundi editio in erratis *eniti* reponit pro *ire.* quae mox v. 30. monet legendum, *nondum ad ſubtile explorata*

P.35,5.Vetus editio *traiiciatur.* rectius *traiicitur*

v.9.Mendũ eſt in *veteres exigentur.* in P. Pithoei codice illud aſteriſco notatur, hoc in *erigeretur* vertitur

v.21. Coniunctio *&* post *venit*, vel delenda eſt, vel in eius locum ex vet. edit. ſubſtituendum, *hae res*

v.25. Vetus legit, *Prior tamen pars iul. ad ſpeciē veterē*, & paulo poſt *ad ſpeciem veterem transfert*. Spes tamē vetus ab antiquariis in V. vrbis regione Eſquilina dicta locatur. Mox in Pithoei lib. notatum eſt *Coelii* pro *eclii* fortaſſis ſcriptum

v.28. Vetus editio hic & poſtea aliquoties habet *hortos Plancianos*; vt eſt apud Sex. Rufum & P. Victorem de regionibus vrbis.

v.30. Eadem *oritur* legit pro *initur*

P.36,20. Non aliena videtur lectio veteris editionis, *ſecundum fontem Scipionum*. hunc enim in eadem, qua campum Martium, regione fuiſſe conſtat

v.22. Vetus editio hanc refert ſcripturam, *infra cliuum publicum alſietinae, & inde ductus Naumachiam*. Florentina vero; *infra cliuum Publicii alſi & inde eſt inductus naumachiam*. vtraque cōparata, veriſimilior haec videtur, *infra cliuum publicum* (vel *Publicii*): *Alſietinae ductus eſt in Naumachiam*

P.37,12. Vetus editio habet, *in pupulatita haec ob.*

P.38,14. Loco *ſubſtantiae*, Florentina editio legit *ſub ſpecie*, vetus *ſpecie*

v.26, & 28. Pro *lumine* & *luminis* in veteri ſcribitur *limine* & *liminis*, ſemel tantum *lumen*

P.41,9. Iocūdus lacunā veteris editionis ita ſuppleuit, *quoties ex erogatorio venit*: ſed melior fortaſſe eſt cōiectura Pithoei lib. adſcripta, *quoties ex altiore loco venit*. mox enim ſequitur, *quoties vero ex humiliori* &c.

P. 42,15 Vetus legit, *fiſtula octonaria diametri* etc. *&* *deinde digitos vii & viii*

P.44,19. Forte leg. *aquarum principum commentariis*

comprehenſarum. Infra pag. 50, 3, *maior copia quam erat in principum commentariis*

P.48, 5, *nunc eſt ceroni cōmodi.* placet coniectura Pithoei libro ad ſcripta *Ceionii Commodi.* L. Ceionius Commodus Verus cōſulatum geſſit anno ab vrbe condita DCCCXXIX. vetus editio addit, *qui nunc Beron cognominatur*

p.49, 23. Vetus editio ſic legit, *quonam modo manifeſtius pr. qu.er. ipſ. commentariorum: maior pars earum continebatur quinariarū* IIII. *milibus* CCXI. *In eiſdē &c.*

p.50, 10. In vetere edit. reperitur, *tota deinceps aeſtate durantem explorari*

v.23. Membrum hoc, *vel ad itinera ſuſpendant,* non legitur in vetere edit.

p.51, 1. Pro *mirandum,* forte *numerandum* ſcripſerat Frontinus

v.3. In vetere eſt *produceretur,* & ſtatim *produxit.* Sic ſupra, *Quae ratio mouerit Auguſtum producendi Alſietinam*

v.10. *confectam* habent omnes editiones, attamen *coniectam* forſan non improbandum

p.55, 31. In veteri editione legitur, *nam mutantur ex flumine.* forte *mutuantur.* Mox, *mobili tamen*

p.56, 26. Vetus editio, *quo interior accipitur*; Florētina, *quo interior excipitur*

p.58, 12. Locus iſte manifeſto vitio laborat: cui doctiſſimus P.Pithoeus ita mederi tentauit. *operum probandorū curam fuiſſe penes Cenſores aliquādo & Aediles, interdum etiam coſſ. eam prouinciā obueniſſe, vt apparet ex S.C. quod factum eſt C. Liciano Ceſula, & M. Fabio coſſ.* At horum ſiue conſulum, ſiue cenſorū nulla mentio eſt in faſtis. C. Licinium Getam & Q. Fa-

bium Maximum anno DCXXVIII. ab vrbe condita conſules, anno vero DCXLVI. cenſores fuiſſe: ſed an iidem fuerint quos Frontinus commemorat, aſſeuerare non auſim. Quamquam Onuphrius & Sigonius librariorum errore nomina apud Frontinum deprauata, & ad faſtorum normam corrigenda monent.

P. 59, 3. Forte, *quae etiam*, vel *quinetiam*, pro *quietiam*

P. 60, 1. Hunc locũ ita legit & diſtinguit Pithoei liber ex coniectura, *iiſdem, praeterquam lictoribus, vti. Quibus apparitoribus ex hoc S. C. curatoribus aquarum vti liceret, eos diebus* &c. *ad aerarium deferrent.* Paulo poſt emendat, *ſine fraude ſua capere liceret: vtique tabulas, cartas, caeras.* (ita habet vetus editio, nõ *caetera*) *quaeque eius curationis cauſa opus eſsent*

P. 61, 10. Vetus editio legit *Albius Criſpus*

v. 32. Legendum videtur, *Quod Qu. Aelius Tubero, & P. Fabius Maximus coſs.* v. F. Simili enim forma paulo ante & infra quoque vſus eſt Frontinus

P. 62, 3. Scribe vel *fecit*, vel *feciſset*

P. 63, 2. Vetus editio habet *ab hoc* pro *adhuc*

v. 25. In vetere edit. reperitur, *balneisq́ publice lauarent.* Forte ſcribendum, *balneis quibus publice lauarent*

P. 64, 7 In eadem eſt *introducere*, pro *interdicere.* & mox, *aut aliis etiam. Humanius etiam viſum.* vbi prius *etiam* retinendum, poſterius delendum videtur

P. 66, 1. Ex vetere editione legi poſſet, *translata in nouum poſseſſorem aqua*

v. 10. Forte ſcribendum, *Has comperi per eum qui appellabatur a punctis, paſsim conuulneratas omnibus in tranſitu negotiatoribus* (vel, vt in vetere editione eſt, *negotiationibus*) *praebuiſse* &c.

v. 20. Vetus

v.20. Vetus ed. hanc ſcripturam exhibet, *quã Agrippae ab Auguſto relictam*. falſo. veritati congruet praepoſitionis tralatio hoc pacto, *quam ab Agrippa Auguſto relictum*. Sed & vulgata lectio, *quam Agrippae Auguſto relictam*, commoda eſt, ſi poſſeſſiuo caſu nomen *Agrippae* ſumas. *Habuit* enim Agrippa (vt ſupra expoſuit Frontinus) *familiam propriam aquarum, quae tueretur ductus atque caſtella & lacus. Hanc Auguſtus haereditate ab eo ſibi relictam publicauit.* Vide Caſſiodorum lib. 11. Var. epiſt. xxxi.

v.25. In vet. ed. ſcribitur *caſtellanos*

P.67.9. Loco horũ *ex hortis aedificiis ve*, praefert vetus editio, *ex oliuetis*

P.69,3. Vetus editio, *cõbibat & ſiccitate corroboretur*

v.19. Leg. alij, *rurſus cõtinuetur*. v.21. *ni alicuius cõſt.*

P.70.20. V. Cl. P. Pithoeus notat in libro ſuo ſupereſſe illud *cum* videri: & mox *tentenos* abundare

P.71,15. *rurſus ſi ius*, idem legendum exiſtimat

v.22. Idem Pithoeus in ſuo libro reponit, *ante diem prid. id. Iul.*

v.27. Abſunt iſta, *earumue quam*, a vet. editione, *quae ſtatim legit, quo minus ea aqua, eorũue aquae in Vrbe* &c.

v.30. Forte ſcrib. *ire, cadere, fluere*

P.72,2. Omnes editiones ſcriptum habent, *poſſeſſoribus*, v.F. vnde leui mutatione Pithoeus facit *poſſeſſoribus ve*.

v.6. Non eſt in vetere edit. *& celare*

v.8. Tam vetus quam Florentina editio legũt, *ſi curator aquarum nemo erit*. alioquin non incommode reponi poſſet, *aut ſi curator aquarum non eſt vel erit*

v.16. Vetus editio, *lacus & terminatus aquarum* &c. *ducetur, ſteterit*. Pro hoc poſtremo verbo quid ſi *ſepſe-*

rit,& pro ſubſequente *neque*, (vel, vt eſt in vet. edit. *veque*) *vel* ſcribas?

v.20. Lege *ſeritue, vel in eũ.* in vet. eſt *ſeritue: ve in* &c.

v.22. Reponendum eſt, *cauſa quae quidem* &c.

v.23. Viri eruditi hunc locum ita pridem reſtituerunt, *Qui aduerſus ea quid fecerit, & aduerſus eum ſiremps lex, ius, cauſaque omnium rerum omnibus eſto, vtique eſſet*

v. 28. lege *paſcere herbam*

P. 73, 3. Hanc lacunã ſic videtur expleri poſſe, *pignoris captio, multae dictio coercitioq. eſto.* v. 10. Legendum & hic & paulo poſt, *Eius hac lege nihil abrogatur*

FINIS

INDEX IN ORIGINEM GENTIS ROM. ET FRONTINVM DE AQVAE DVCTIBVS

ABorigines 6,30

Acca Laurentia 21,12,22

Acceptorius modulus 41,7

Acilius Auiola 61,14

Aedicula Virginis fonti appoſita 31,14

Aediles 57,30.58,1,13

Aediliũ curuliũ munus 58.30

Aeneas 10,26.11,4

Aeneae templum conſacratũ 16,26

Aeni conditor 11,19

Aerarium 67

Aerarium Saturni 6,9

Agreſtes viae 70

Agrippa 37,23.59,1.62,3.66, *aedilis* 30,6,19.31,1

Agrippae commentarii 59,13

Alba longa 18,18

Albanus mons 18,16

Albudinus fons 32.2

Albula fl. 19,10

Aleatorum optio 6,4

Alipius Criſpus 61,10

Alſietina aqua 26,32.31,26.35,12.36,17

Alſietinae erogationes 53, 31. *modus* 48,12
Alſiet. Aug. ram. 27,22
Alſietinus lac. 32,4.48,14
Amata Lat. regis vxor 15,15
Anienis aq. 69
Anienis aquae minus limpidae 55,30
Anienis ductus reſtit. 31,2
Anio nouus 27,1.32,24. 33,17,28.24,26.35,31. 56,8,31
Anienis noui erogationes 54,2. *modus* 49,17
Anio vetus 26,31.27,29. 31,24.35,6.36,8.56,6
Anienis veteris erogat. 52,18. *modus* 45,25
Antenor Patauii cond. 4,8
A punctis 66. *Apparitores aqua. curatorum* 60,1,16
Apium 13,20.14,4
Appia aqua 26,31.27,2. 35,10.36,17,20.69
Appiae aquae erogationes 52,6. *modus* 45,4. *ductus reſtituti* 31,1
Appia via 27,5
Appius Claudius cenſor 10,17. *Aqua caduca* 57.23.64.23
Aquae dandae vend. ius penes quem 57,28
Aquae perduc. duũuir. 28,8
Aquae in vrbem influentes 26,21
Aquarum curatores 58,22. *eorũ miniſtri* 59,19. *officium* 59,19.61,17. *feries* 60,23
Aquarum vrbis diuerſae librae 34,20. *moduli* 37,10. *tutela* 58,5
Aquarii 39,30.40,30. 41,29.48,14
Aquariorum fraus 50,18 54,18.64,26.65. *imperitia* 56,10. *reditus* 66
Aquila curator aqu. 60,32
Ara maxima 8,28
Arcuationes 68
Area 39,11.13
Aremulus. Silu. rex 19,12
Aſcanius Latin. rex 16,27
Aſiniani horti 36.13
Aſsiduiſsime 62,11
Atteius Cap. 58,23.60,26
Auentinus mons 36,7,21. 51,2.54,23
Auent. Siluius rex 19,24
Auguſta aqua 27,1.31, 26.32,12.49,14
Auguſtae ramus 45,8
Auguſtus imp. 31,24.32,8. 58,22.59.7,14,23.66

ij

Balneis ferventes aquae 56, 20.57,25.63,25
Cacus 8.17
Caduca aqua 57,23.64,23
Caerulus fons 32,22,32. *ſeu Caeruleus* 49,9
Caietae portus 12,22
C.Amaranus Apollin. 26,30
C.Caeſar 32,14
C.Fabius Venox 27,7
Calix quid 41,21.62,28
Calix ſignatus 65,
Calicis poſitio 41,15
Camena, 19,5
Campus Martius 36,20
Capena porta 27.5.20.35.30
Caput, aut nauem 6,6
Careae 48,14
Carmenta 7,18
Caſtellū 38,30.63,21.65
Caſtellani 66,
Cenſores 57,31,58,13
Ceroni Commodi ager 48,5
Cimbarionis opidum 12,13
Circenſiū ludorū dies 58,20
Circus max. 9,16.58,19
Claudia aqua 27,1.32,29. 34,27.35,31.49,10.51, 3.54,24.55,28.56,13
Claudiae aquae ductus 32, 14,23.33,10 *erogationes* 54,1. *modus* 48,16
Claudia via 32,4
Claudii templū 36,5.51,6
Claudius imp. 62,23
Coelii Ruffi concio 50,25
Collatia via 27,27. *ſeu Collatina* 31,16
Coloniae deductae 19,3
Commentarii 64,5
Cōmentarii Agrippae 59,13
Commētarii concept. 46,29
Cōmentarii principis 39,28. 44,19,24.45,4.50.4
Conceptela 39,15.49,20
Cora 19,4
Coruptela 50,29
Crabra aqua 30,19
Crenſa 4,29
Cruſtumium 19,5
Curat. viar. & frum. 60,13
Curatorū aquarū officiū 59, 19.61,17. *ſeries* 60,23
Curtius fons 32,22,33,1. 49,9
Decima diis data 8,29
Depuratur 57,5
Didius Gallus 61,2
Digitus rotūdus & quadratus 37,17
Digitus rotundus 38,22. 42,7. *quadrat.* 38,19.42,3
Digitorum menſura 37,10
Directura 34,29

Domitiani loculi 67,

Domitius Afer 61,4

Ductuum tutela 67, *vitia* 68,70

Epaphroditiani horti 47,14

Epiſtola Iulia 62,25

Erogare amplius quã in patrimonio eſt 44,31

Erogationes aquarũ in vrbẽ influentium 51,13

Erogatorius modulus 41,6

Euander 7,17.8.6

Euripus 53,30

Euryleo Aeneae f. 16,5,28

Euxinius ſinus 12,9

Exquilina porta 36,14

Fabii Lupercales 22,15

Familiae aquarũ 59,6.66

Faunus 7,5

Fauſtulus ſubul. 20,24.21,6

Feminae a ſacris remo. 9,7

Fiſcus 67

Fiſtula quinaria 37,28.38,3. *ſenaria* 38.7. *vicenaria* 39,16

Fiſtulae ſolutae 65

Fiſtulae vnde nomen accipiant 39,12

Fonteius Agrippa 61,9

Fontes 26,27

Frontinus aquarũ cur. 61,16

Fullonicis aquae ſeruientes 56,20.57,25

Gabii 19,4

Gelicidia 68,

Gemelli 27.24.27.ſe *Gemellae* 45.7.16

Gnomonia 39,25

Herculanea pars, i. deci. 9.2

Hercules 8.14.9.10

Ianiculum 5,11

Ianus 3.32.5.24

Ianus Pater primus in ſacris omnibus 6.12

Impetrata aqua 64,19

Inciens ſcorfa 13,7

Indigetes pater 16.27

Inuentori patri ara dicata 8.27.10.1

Inuus deus 7,14

Iobus 17,17

Iulia aqua 26.32.30.5,13.31.34.27.35.18.51.4.69

Iuliae aquae erogationes 53,13. *modus* 47.17

Iuliae piſcina 47.11

Iulia Aſcanii filia, 17.18

Iulia epiſtola 62.25

Iulus 17.18

Labicana via 36.9

Lauinia Anii filia, Aeneae Vxor 11.23

Lauinium op. 14.12.15.14

Laurens 12.28

Lauſus 16.32
Latina via 30.2.10.35.14. 36.10
Latinus rex 14.23
Lex 57.21.58.27.71
Libramentum 28.15
Librandi a-s 34.31
Libratores 62.29
Limaria piſcina 33.21
Locri 19.5
L. Piſo 61.5
Lucullanus ager 27.14.29. 32.31.7
Lupanaria 21.27
Lupercal 22.11
Lupus Martiae tutelae 21.16
Maceriae 73
Manationes 64, 24.68
Manipulares milites 23.1
M. Cocceius Nerua 60.29
M. Porcius Cato 61.1
Martia aqua 26.32.28.30. 32.23.34.28.35.18. 51.4.54.27.55.28.69. *potui ſeruit* 56.23
Martiae aquae erogationes 52.28. *modus* 46.12. *ſupplementum* 32.9.49. 15. *ductus reſtituti* 31.2
Meſſala Coruinus 59.16. 60.24
Metitores 52.11
Mezentius Agillaeorum rex 15.32.16.30
Miniſtri aquariorum 66
Miſenos vrbs 11.29
Modulus acceptorius 41.7. *erogatorius* 41.6
Modulus quinario nomine 37.21
Moduli menſura vnde colligatur 38.10
Moduli aquarum 37.10
Modulorum numerus & formula 41.26
Monetae forma 6.1
Nauiandi 6.7
Nauis figura in numo 6.3
Naumachia 36.23
Nero imp. 51.7
Neroniana villa Subl. 57.1
Neroniani arcus 36.3.54.24
Nerua imp. 44.23.54.15. 55.1.16.57.11.61.15
Neruae aaus 60.29. *iuſtitia* 67
Nicoſtrate 7.20
Noua via 36.13
Numi veteris forma 6.1
Numici ſtagnum 16.7
Numitor 19.30
Octauianus ſpecus 36.12
Octauius Laenas 60.31

Oletato 58,29
Pallanteum 7,31
Palatium 7.32.36.7
Pallantiani horti 35,27. 36,1.47,24
Pan 7,14
Panis fanum 7,32
Patauii conditor 4,8
Pater indigetes 16,27
Pater Inuetor 8,27.10,1
Perterere 34,17
Petronius Turpilianus 61,7
Picus 7,4
Pilae topho extructae 68
Pinarii 10,3
Piſcina limaria 33.21
Plautus explicatur 9,1
Plumbarii 37,23,29
Pometia 19,4
Pompeius Siluius 61,12
Potitii 10,3
Praeneſte 19,4
Praeneſtina via 27,14,24
Praetor inter ciues & peregrinos 28,23.72
Preſſura librae 45,23
Preſſura minor 41,12
Primus quid ſignific. 4,4,19
Procas Siluius rex 19,28
Prochyta 12,16
Procurator 62,21
Publicii cliuus 36,22
Publicii vicus 27,29
P.Marius 61,8
Puncta 66
Quinaria 38,3
Quinariarũ moduli 38,24
Quinctilii Lupercales 22,16
Rarana porta 28,13
Recaranus Hercules 8,11
Reditus ad ius aquarum pertinens 67
Regiones vrbis quibus aquis quaeque irrigentur 52,13, 22,31.53,8,16,24
Remores 22,8
Remuria 23,9
Remus 22,7
Rhea Siluia Veſtae ſac. 20.8
Romulus 22,5
Ronillae 19,5
Ruminalis arbor 21,17
Sabãtinus lacus 48,14
Sacrificandi mos capite velato 13,28
Salientes aquarum 24,30
Salientes perpetui 50,30. 61,29. *publici* 32,3.62,1
Salinae 27,20,30
Salluſtius explicatur 6,25
Samniticum bellum 27,3
Satrius rufus 60,28
Saturnus 3,18.30.5,13
Saturni aerarium 6,9

Saturnia arx 5,15
Saturnii verſus 7,7
Senatus conſulta de officio curatorũ aquarũ 59,20.61
S.C. de riuis,ſpecubus,fornicibuſque aquarũ reficien. 69
Septorum frons 36,20
Sequentiae regula 41,5
Sibylla 12,11
Sibyllini libri 29,4
Silicarii 66
Siluanus 7,13
Siluius 17,23
Siluius Poſtumus rex 18,27
Spes vetus 35,26.36,4,15.45,8
Stagninus color 29,10
Stationis ſuae architect. 67
Sublacenſis via 32,29
Sublacenſis villa Neroniana 57,1
Tectores 66
Tepula aqua 26,32.29,31 34,28.35,18.69
Tepulae adiutorium 46,19 *erogationes* 53,5. *modus* 47,7
Tepulae nulli fontes 47,9
Tiberius Siluius rex 19,7
Tibur 19,4
Tiburtinus ductus 45,28
T. Anius Flauianus 61,14
Torquatiani horti 27,21
Trans tiberina regio 32,1. 35,13.36,8
Treba Auguſta 57,2
Trigemina porta 27,17,30
Troianorum aduentus in Italiam 6,24
Turnus Herdonius 15,14
Tuſculani 30,20,28
Tuſculanus ager 30,1
Tuſculum 19.4
Thyrrhus paſtor 17,22
Valeria via 29,13
Vectigalis merces 57,26
Vectigaliũ reditus ad aquas pertinens 67
Venox 27,8
Verſus Saturnii 7,7
Viae vicinales & agreſt. 70
Villici 66,65
Viminalis collis 35,25 *porta* 35,24
Virgilii locus explic. 4,3,20
Virgo aqua 26,32.31,6. 35,10.36,17
Virginis aquae erogationes 53,22. *modus* 47.32
Vitruuius architectus 37,23,29
Vncia 37,13

FINIS.